AN. LXXV SERIES VII FASC. III AN. 1950

MONITOR ECCLESIASTICUS

Fundatus a. 1876 ab E.mo Card. Casimiro GENNARI
peculiari S. Sedis adprobatione continuatur

MODERANTIBUS

ARCADIO LARRAONA
Subsecretario S. C. De Religiosis

FLORENTIO ROMITA
A Studiis S. C. Concilii

VINCENTIO FAGIOLO A Secretis
Off. S. C. De Disciplina Sacramentorum

ADIUVANTIBUS

ANTONELLI F. O. F. M., Relator. Gener. Sect. Hist. S. C. Rituum — BARTOCCETTI V., Subsecr. S. C. De Disciplina Sacramentorum — BIDAGOR R. S. J., Cons. S. C. De Disciplina Sacramentorum — CAPPELLO F. M. S. J., Cons. S. C. Concilii — DE ANGELIS S., Substit. S. Paenitentiariae Apostolicae — GUTIERREZ A., A Studiis S. C. De Religiosis — INDELICATO S., Off. S. C. Rituum — LENTI PROF. J., Adv. S. Romanae Rotae — OESTERLE G. O. S. B., Cons. S. C. Pro Ecclesia Orientali — PAVENTI X., A Studiis S. C. De Propaganda Fide — ROMANI S., Subpromot. Fidei S. C. Rituum — ROMEO A., A Studiis S. C. De Semin. et Univers. Stud. — ZERBA C., Subsecr. S. C. De Disciplina Sacramentorum

Aliisque S. Romanae Curiae Officialibus, Consultoribus et Advocatis.

DESCLÉE & C[i] — EDITORES PONTIFICII

ROMAE (117) PIAZZA GRAZIOLI N. 4 — TEL. 64.395 — C. C. P. 1-4270

Periodico Trimestrale - Sped. in Abb. Post. - Gruppo IV

IMPRIMATUR

Sorae, 1-IX-1950.

† Michaël Fontevecchia
Ep. Soran., Aquinat. et Pontiscurvi

OMNIA IURA PROPRIETATIS VINDICABUNTUR

TIP. EDIT. M. PISANI - ISOLA DEL LIRI

SUMMARIUM

ADNOTATIONES IN ACTA S. SEDIS

Acta Pii PP. XII

S. Alphonsus M. de' Ligorio Patronus Confessariorum ac Moralistarum. . . . . Pag. 343

Allocutio participantibus Congressui juris privati . . . . . » 346

S. S. C. S. Officii

Decretum: Proscriptio Libri « La pelle » (C. MALAPARTE). . . . » 349

Decretum: Proscriptio Libri « La via » (B. UGHI) . . . . . » 349

Monitum diei 28 Julii 1950 . . . . . » 350

S. C. Concilii

Decretum de ecclesiasticis officiis et beneficiis canonice instituendis seu providendis . . . . . » 351

S. C. De Propaganda Fide

Facultates decennales Ordinariis Missionum... (X. PAVENTI) . . » 353

S. C. Rituum

Decretum de variationibus in Rubricis Pontificalis Romani . . » 384

Commissio Pontificia de Re Biblica

Instructio diei 13 maji 1950 . . . . . » 393

JURISPRUDENTIA TRIBUNALIUM ECCLESIASTICORUM

S. Romana Rota

Praeliminare ad novam propositionem causae *Versalien.* Nullitatis Matrimonii Coram R. P. D. A. CANESTRI, diei 28 januarii 1950 » 409

Praeliminare ad novam propositionem causae *Meliten.* Nullitatis Matrimonii Coram R. P. CANESTRI, diei 6 februarii 1950 . . » 411

Tribunal Rotae Nuntiaturae Apostolicae Matriti

N. Nullitatis Matrimonii ex capite exclusionis boni prolis ac Sacramenti, diei 14 octobris 1949 . . . . . » 415

STUDIA ET CONSULTATIONES

J. CASORIA, *A Studiis. S. C. De Sacramentis*, De processu canonico super matrimonio rato et non consummato . . . » 471

V. F., Consultationes. (*De matrimonio putativo - De impedimento criminis ac de prolis legitimatione per subsequens matrimonium - De matrimonio communistarum*) . . . . . » 478

JUS ECCLESIASTICUM

Italia

La Camera dei Deputati approva il nuovo art. 72 del Codice di Procedura Civile . . . . . » 485

L'assegno congrua spettante al Clero è stato aumentato del 50%. » 486

Adeguamento dei limiti di valore per gli atti e contratti degli Istituti ecclesiastici e degli Enti di culto soggetti a tutela governativa. . . . . » 487

Sulla ricostruzione degli organi in edifici di culto danneggiati o distrutti da eventi bellici. (F. ROMITA). . . . . » 489

RECENSIONES

B. MARCHETTA, *La materia e la forma del Battesimo nella Chiesa di S. Ambrogio* . . . . . » 499

D. VENDITTI, *Il Matrimonio nel Diritto canonico e civile d'Italia* . » 504

S. PAVENTI, *La Chiesa Missionaria. Manuale di Cooperazione missionaria e di Missionografia* . . . . . » 506

S. INDELICATO, *De causis Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei* . . . . . » 507

Index Bibliographicus.

ADNOTATIONES
IN
ACTA SANCTÆ SEDIS

Digitized by the Internet Archive
in 2024

https://archive.org/details/monitor-ecclesiasticus_1950_75_3

ACTA SUMMI PONTIFICIS

S. ALPHONSUS M. DE LIGORIO

PATRONUS CONFESSARIORUM

AC MORALISTARUM

PIUS PP. XII

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Consueverunt omni tempore Romani Pontifices singulis Christifidelium coetibus, peculiaris vitae christianae munera sive officia implentibus, tamquam speciales Patronos illos adsignare beatos coelites, qui, in iisdem muneribus et officiis, cum viverent, perfungendis, maxime excelluerint, ut eorundem coelestium Protectorum valido utantur auxilio et praeclara sequantur monita et exempla. Decessorum Nostrorum vestigia prementes Nosmet ipsi, inde ab inito Summo Pontificatu, plures dedimus sive Sacerdotum sive fidelium coetibus et sodalitatibus singulares Patronos. Quos inter: S. Albertum Magnum scientiarum naturalium cultoribus; S. Franciscum a Paula Italicae genti rei maritimae deditae; SS. Catharinam Virginem Senensem et Catharinam Viduam Januensem italicis mulieribus infirmis ministrantibus et nosocomiis; S. Joannem Bosco Catholicae Sodalitati Editorum ex Italia; S. Josephum Calasanctium omnibus scholis popularibus ubique exsistentibus; Beatissimam Deiparam, « Virginem Fidelem » invocatam, italicis militibus a publica tutela seu v. « Carabinieri »; S. Michaëlem Archangelum publicae securitatis in Italia custodibus. Inde exorta est quaedam inter alios coetus laudabilis aemulatio ut etiam unicuique ex eis Sanctum aliquem adsignaremus cujus peculiari apud Deum patrocinio inniti valerent et ad cujus virtutes imitandas speciali modo excitarentur. Sic factum est ut nonnulli S. R. E. Patres Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi quamplurimi, Supremi Religiosorum Sodalium Moderatores et Institu-

torum studiis provehendis Rectores clarissimi, necnon Theologiae Moralis cultores et magistri vota deprompserint ut Sanctum Alphonsum Mariam de Ligorio, Episcopum Confessorem et Ecclesiae Doctorem, Sacerdotum omnium qui Confessarii gravissimo et saluberrimo munere funguntur, necnon eorum qui Theologiae Morali tradendae verbo et scriptis quomodocumque dant operam, coelestem apud Deum Patronum constituere dignaremur. Quibus votis satisfacere non dubitavimus cum neminem lateat S. Alphonsum, qua divini verbi indefatigatum satorem, in excipiendis fidelium confessionibus, doctrina, prudentia, assiduitate, patientia mirifice excelluisse et, qua Episcopum, in dioecesi S. Agathae Gothorum, quam sanctissime gubernavit, plurimos Sacramenti Poenitentiae administros optime informasse atque ipsum in sacro tribunali admissis expiandis assidere frequentissime voluisse. Immo, Sodalibus a SS.mo Redemptore a se in Congregationem adlectis, munus audiendi confessiones, quasi praecipuum commisit. Doctrinam denique moralem et pastoralem confessariis instituendis et dirigendis ore et scriptis tradidit eximiam, in toto orbe catholico ad hanc usque aetatem probatissimam et a Summis Pontificibus quasi tutam Sacramenti Poenitentiae administrorum animarumque moderatorum normam saepe ac graviter commendatam. Pius enim IX, Decessor Noster sa.me. in decreto Urbis et Orbis diei XXIII m. Martii a. MDCCCLXXI, quo Sanctum Alphonsum Ecclesiae Doctorem proclamavit, asserere non dubitavit: « Ipse errorum tenebras, ab incredulis et Jansenianis late diffusas, doctis operibus maximeque Theologiae moralis tractationibus dispulit atque dimovit ». Nec multo post idem Pontifex in Litteris Apostolicis sub anulo Piscatoris datis die VII Julii, eodem anno, quibus majori cultui Sancti Doctoris consuluit, haec scripsit: « Neque enim sine providentissimo Omnipotentis Dei consilio factum est, ut, cum Jansenistarum doctrina novatorum oculos in se converteret errorisque specie multos alliceret ageretque transversos, tunc potissime extaret Alphonsus M. de Ligorio qui... scriptis doctis et laboriosis istam ab inferis excitatam pestem radicitus evellendam et ab agro Dominico exterminandam curaret ». Et Leo XIII in epistola ad Episcopos Italiae data die VIII Decembris an. MCMII, S. Alphonsum vocat clarissimum et mitissimum inter Theologos rei moralis, sicut antea de doctrina morum a S. Alphonso tradita est elocutus:

« Ubique terrarum esse celebratissimam tutamque praebere normam, quam conscientiae moderatores sequantur ». Quae confirmavit Pius X in epistola quam anno MCMV scripsit ad P. Gaudé editorem Theologiae Moralis. Denique proximus incomparabilis Decessor Noster Pius PP. XI in suis Litteris Encyclicis « Ad catholici sacerdotii » anno MCMXXXV datis, cum agit de dotibus quibus Clericorum confessarii exornari debent quae ad rem faciunt verba et monita S. Alphonsi refert ad litteram. Quae omnia persuadent Nobis et quodammodo Nos impellunt ut tot et tantis vocibus quasi hymnum concinentibus in laudem Divi Alphonsi et Nostram jungamus. Propitiam itaque nacti occasionem secundi expleti saeculi a celebratissimo opere de Morali Theologia primum in lucem edito, enixis humilibusque annuentes precibus dilecti filii hodierni Rectoris Majoris Congregationis a SS.mo Redemptore ejusdemque Sodalium omnium, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Clemente S. R. E. Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, perpetuumque in modum, Sanctum Alphonsum Mariam de Ligorio, Episcopum, Confessorem et Ecclesiae Doctorem, omnium Confessariorum ac Moralistarum coelestem apud Deum Patronum eligimus ac constituimus, omnibus et singulis honoribus et privilegiis liturgicis adjectis quae Coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate quailbet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Aprilis, anno MCML, Pontificatus Nostri duodecimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae Negotiis
GILDO BRUGNOLA
Officium Regens Pontificiis Diplomatibus expediendis.

ALLOCUTIO PARTICIPANTIBUS CONGRESSUI JURIS PRIVATI

Dans Notre souhait de bienvenue et dans l'expression de Notre joie à vous recevoir, ne voyez pas seulement, Messieurs, la sincère mais commune manifestation de Notre bienveillance. Vous y avez un titre tout special en tant que représentants éminents de la science et de la pratique juridiques.

Qui pourrait, pour peu qu'il ait feuilleté l'histoire de la civilisation et qu'il ait réfléchi sur la nature du droit, sur son rôle et sur sa fonction dans la vie de la société humaine, s'étonner de l'intérêt que n'a cessé de lui porter l'Eglise?

Dans une formule, dont la vigoureuse concision porte le coin de son genie, Platon fixe en ces termes la pensée latente dans l'esprit de toute l'antiquité: *ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἤ πού τις, ὥ Φάσιν, ἄνθρωπος* (*Νόμοι* l. IV n. 716 C): Dieu est pour nous en première ligne la juste mesure de toutes choses, beaucoup plus qu'aucun homme ne peut l'être. Cette pensée même, l'Eglise l'enseigne aussi, mais dans toute la plénitude et la profondeur de sa vérité, lorsque, déclarant avec saint Paul que toute paternité dérive de Dieu: *πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς* (Eph. 3, 15), elle affirme en consequence que, pour régler les rapports mutuels au sein de la grande famille humaine, tout droit a sa racine en Dieu.

Voilà pourquoi l'Eglise, rejetant le positivisme juridique extrémiste qui attribue au droit sa « sainteté » propre et comme autonome, auréole ceuli-ci d'une plus sublime et réelle sainteté, obligeant, en dernière analyse, .à la fidélité envers la loi tout catholique et aussi tout homme convaincu de l'existence et de la souveraineté d'un Dieu personnel.

Quant à l'Eglise, étant elle-même un grand organisme social, une communauté supra-nationale solidement bâtie, pourrait-elle subsister sans un droit déterminé et précis? Outre cette considération d'une logique incontestable, d'ordre purement naturel pourtant, elle a conscience d'avoir eté constituée par son divin Fondateur comme une société visible pourvue d'un ordre juridique; et la base de cet ordre, de ce statut juridique

n'est donc autre que le droit divin positif. La fin de toute la vie de l'Eglise, sa fonction de conduire les hommes à Dieu, de promouvoir leur union à Dieu, se trouve, il est vrai, dans le champs de l'ultraterrestre, du surnaturel; elle est, en fin de compte, quelque chose qui se joue, immédiatement, personnellement entre Dieu et l'homme. Oui, mais le long de la route où s'exerce cette fonction et qui tend à cette fin, chaque fidèle chemine comme membre de la communauté ecclésiastique, sous la conduite de l'Eglise, à travers les conditions particulières et concrètes de l'existence. Or, qui dit communauté et direction d'une autorité, dit par le fait même puissance du droit et de la loi.

A vous, Messieurs, qui connaissez assez bien le droit canonique, point n'est besoin de souligner, pour vous la faire apprécier, la valeur de ces connexions intimes.

Mais pour en venir à votre Institut, Nous voulons rendre un témoignage de la haute estime dans laquelle Nous tenons et son rôle et son travail. Un simple coup d'oeil sur l'objet du droit international privé sur son histoire suffit à faire entrevoir la difficulté de la coordination des differents droits. C'est que le domaine où s'applique votre tâche excède en extension et dépasse en profondeur celui du droit international privé. Il ne vise à rien moins qu'à préparer graduellement une législation de droit privé uniforme. Entreprise d'un grand courage assurément; mais entreprise opportune, urgente.

Les générations précédentes auraient-elles jamais cru réalisable, auraient-elles même pu simplement songer au progrès technique des communications qui a, en si peu de temps, rapproché tous les hommes au point de rendre exacte à la lettre cette expression familière que « le monde est devenu bien petit »? Il le devient et le deviendra toujours davantage.

En outre l'idée paneuropéenne, le Conseil d'Europe et d'autres mouvements encore sont une manifestation de la nécessité où l'on se trouve de briser ou du moins d'assouplir, en politique et en économie, la rigidité des vieux cadres de frontières géographiques, de former entre pays de grands groupes de vie et d'action communes. Bon gré, mal gré, on aura beau faire abstraction de toutes ces considérations pratiques; du fait des conséquences inéluctables de la guerre et sous la pression des évènements, la surpopulation de certaines régions et

le chômage qui en résulte, entraînent, par l'émigration et l'immigration, tout un brassage démographique qui, au cours du prochain demi-siècle, dépassera probablement de beaucoup en importance les expatriations vers les deux Amériques au cours des derniers cent cinquante ans. De quelle utilité sera alors la coordination du droit privé!

Sera-t-il cependant toujours possible de l'étendre à tout son domaine, fût-ce seulement pour un groupe déterminé d'Etats? une parification radicale sera-t-elle vraiment partout avantageuse? Il serait malaisé de le dire dès maintenant. Il peut se faire, en effet, que, malgré tout, les conditions économiques, sociales ou de culture générale demeurent dans certains pays si différentes qu'une uniformité embrassant toutes les nations et tout l'ensemble du droit privé ne corresponde pas tout à fait aux exigences du bien commun.

Quoi qu'il en soit, Nous vous demandons d'avoir toujours présents à l'esprit les trois points suivants: d'abord, la protection sans cesse plus attentive et plus efficace de tous ceux qui en ont un plus grand besoin, spécialement des enfants abandonnés et des femmes seules; c'est à leur égard surtout que le législateur devrait régler sa conduite sur le modèle du père et de la mère de famille. En second lieu, simplification du régime juridique de ceux que leur situation contraint de passer fréquemment et même périodiquement d'un pays à l'autre. Enfin, reconnaissance et réalisation directe et indirecte des droits innés de l'homme, qui, en tant qu'inhérents à la nature humaine, sont toujours conformes à l'intérêt commun; bien plus, ce sont eux qui doivent être pris comme éléments essentiels de ce bien commun; d'où il suit que le devoir de l'Etat est de les protéger, de les promouvoir et que, en aucun cas, ils ne peuvent être sacrifiés à une prétendue raison d'Etat.

Avec la plus vive et la plus sympathique attention, Nous suivons, Messieurs, et vos travaux et le développement de votre Institut, sur lequel Nous appelons de tout Notre coeur, ainsi que sur vous et sur vos familles, la divine assistance et la bénédiction de Dieu.

SUPREMA SACRA CONGREGATIO SANCTI OFFICII

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRI

Feria IV, die 31 maii 1950

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, E.mi ac Rev.mi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, praedamnatum esse declararunt, vi canonis 1399 C. I. C., atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum a CURTIO MALAPARTE conscriptum, cui titulus « *La Pelle*. Storia e racconto », (Roma-Milano, Ed. Aria d'Italia, 1949).

Et Feria V, die 15 iunii 1950, SS.mus D. N. D. PIUS Divina Providentia Pp. XII, in Audientia Exc.mo ac Rev.mo D.no Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi E.morum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Romae ex Aedibus S. Officii, die 16 iunii 1950.

PETRUS VIGORITA
Supremae S. Congr. S. Officii Notarius

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRI

Feria IV, die 5ª iulii 1950

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, E.mi ac Rev.mi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in INDICEM librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

BRUNO UGHI, *La Via*, I Edizione, Istituto Editoriale Cisalpino — Milano - Varese, 1948; II Edizione accresciuta, Firenze, CYA Editore, 1949.

Et die 16ª eiusdem mensis et anni, SS.mus D. N. D. PIUS

Divina Providentia Pp. XII, in Audientia Exc.mo ac Rev.mo D. Adsessori Sancti Officii concessa, relatam sibi E.morum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 18 iulii 1950.

PETRUS VIGORITA
Supr. S. Congr. S. Officii Notarius

MONITUM

Nonnullae constitutae sunt associationes, impulsu ac ductu, sicut omnibus notum est, partium communistarum, eo spectantes ut pueros puellasque imbuant principiis et institutione, quae materialismum sapiunt et mores christianos religionemque impetunt.

Monentur igitur christifideles huiusmodi associationes, quocumque tegantur nomine, plecti sanctionibus, quas comminatur Decretum S. Officii, latum die 1ª iulii 1949 (AAS, 1949, p. 334).

1) Itaque parentes vel eorum locum tenentes qui, contra praescriptum c. 1372, § 2 CIC et memorati Decreti S. Officii, liberos praedictis associationibus instituendos tradiderint, ad Sacramenta recipienda admitti nequeunt.

2) Qui vero contra fidem vel christianos mores pueros ac puellas docuerint, incurrunt in excommunicationem Apostolicae Sedi speciali modo reservatam.

3) Pueri ac puellae autem, quamdiu huiusmodi associationum participes sunt, ad Sacramenta admitti nequeunt.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 28 iulii 1950.

MARINUS MARANI
Supremae S. Congr. Sancti Officii
Notarius

N. B. *Adnotationes*, tum ad duo Decreta quum ad « Monitum », in proximo fasciculo edentur.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DECRETUM

DE ECCLESIASTICIS OFFICIIS ET BENEFICIIS CANONICE INSTITUENDIS SEU PROVIDENDIS

Catholica Ecclesia, ex ipsius Christi institutione est perfecta Societas hierarchice constituta, cuius plenum et supremum regimen ac iurisdictio est penes Romanum Pontificem, beati Petri Apostoli in primatu successorem. Quapropter nemo in ecclesiastica officia et beneficia se immitti nec alios immittere praesumere potest, sine legitima canonica institutione seu provisione.

Genuinam de hac re iuris canonici normam iam recolebat prima regula iuris in VI°: « Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri ». Et Concilium Tridentinum decrevit: « eos, qui tantummodo a populo aut saeculari potestate ac magistratu vocati et instituti ad haec ministeria exercenda adscendunt, et qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiae ministros sed fures et latrones, per ostium non ingressos, habendos esse » (cap. IV, sess. XXIII de reform.). Quin imo eadem sancta Synodus definitivit: « Si quis dixerit ... eos qui nec ab ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et Sacramentorum ministros, anathema sit ». (Ibid. can. VII; cfr. quoque Syllab. Pii PP. IX, n. 50).

Praeterea haec eadem principia sanxit Codex iuris canonici, statutis quoque poenis contra transgressores (cfr. cc. 2331, par. 2; 2334, 1°-2°; 147, par. 1-2; 332, par. 1; 2394).

Ad eadem sacrosancta principia magis sarta tectaque servanda, simulque ad praecavendos abusus in re tanti momenti, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XII statuere dignatus est:

In excommunicationem speciali modo Sedi Apostolicae reservatam ipso facto incurrunt:

1) qui contra legitimas ecclesiasticas Auctoritates machinantur aut earum potestatem quomodocumque conantur subvertere;

2) qui ecclesiasticum officium vel beneficium vel dignitatem sine institutione vel provisione canonica, ad normam sacrorum Canonum facta, occupat vel in eadem sinit illegitime immitti, vel eadem retinet;

3) qui in criminibus nn. 1 et 2 declaratis quovis modo, directe vel indirecte, partem habent.

Quibusvis non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, die 29 Junii 1950.

S.tus Josephus Cardinalis Bruno
Praefectus
S.tus Franciscus Roberti
a Secretis

N. B. *Adnotatio* ad relatum Decretum in proximo fasciculo prodibit.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

FACULTATES DECENNALES ORDINARIIS MISSIONUM A S. C. DE PROPAGANDA FIDE CONCESSAE

N. 449/41, 4200/47
2416/50

FORMULA MAIOR

Vi potestatis sibi a SS.mo D. D. PIO Div. Prov. Pp. XII tributae, haec S. Congregatio Ordinario N. N. sequentes facultates concedit ad decennium, quod decurrit a die 1 mensis Ianuarii anno 1951 ad diem 31 mensis Decembris anno 1960.

A) Circa Sacramenta et Sacros Ritus

Aqua baptismalis.

1. Concedendi suis missionariis facultatem *benedicendi aquam baptismalem* ea breviori formula, quae in Appendice Ritualis Romani continetur.

Olea Sacra

2. Conficiendi *olea sacra* cum numero ministrorum quos haberi contigerit; et, si necessitas urgeat. etiam extra diem Coenae Domini.

Sacramentum Confirmationis.

3. Concedendi facultatem *administrandi Confirmationis Sacramentum* uni vel alteri ex suis sacerdotibus (i. e. omnino paucis et ita ut in eadem statione unus tantum sacerdos hanc facultatem habeat), in quacumque regione a sua residentia longe dissita, absente tamen quocumque Episcopo, servata Instructione « De Sacramento Confirmationis » in Appendice Ritualis Romani inserta.

* * *

Missa.

4. Permittendi ut *Missa* celebrari possit, in casu necessitatis, super altari portatili; etiam *sine ministro*, et *sub dio*, et *in navi*, dummodo, debitis cautelis adhibitis, nullum adsit irreverentiae periculum, et locus decens sit; etiam si altare sit frac-

tum vel sine Reliquiis Sanctorum; et praesentibus haereticis, schismaticis, infidelibus et excommunicatis, si aliter celebrari non possit; atque ut Missa inchoari queat *una hora post mediam noctem.*

5. Permittendi ut *Missa celebrari* possit *cum uno lumine* cuiusvis generis, dummodo cera apum desit; nec non permittendi ut Missa *absque luminibus* celebrari possit, in casu tamen verae necessitatis, et graviter onerata conscientia ipsius Ordinarii.

6. Permittendi ut *in utraque purificatione calicis aqua tantum* adhiberi possit, dummodo tamen extrema sit vini penuria.

7. Permittendi *thurificationem* in Missis cantatis a solo celebrante absque ministris, dummodo duo saltem clerici superpelliceo induti Missae inserviant.

8. Concedendi suis missionariis iter facientibus ut in celebrando S. Sacrificio uti possint paramentis cuiusvis *coloris liturgici.*

9. Permittendi ut in ecclesiis et oratoriis publicis, quae privilegio iuris communis (can. 821, 2-3), haud gaudent, *tres Missae* statim post mediam noctem *Nativitatis Domini* celebrari possint, cauto tamen ut omnia cum debita reverentia fiant.

Hebdomada maior.

10. Permittendi ut in ecclesiis dissitis *functiones Maioris Hebdomadae* celebrari queant iuxta peculiarem Ritum a s. m. Benedicto Pp. XIII concessum pro ecclesiis minoribus paroecialibus, in quibus ministrorum numerus vel copia cantorum ad praedictas sacras functiones solemniter peragendas haberi nequeat: dummodo tamen constet ibidem satis esse consultum reverentiae sacris mysteriis debitae, nullamque exinde abusui patere occasionem; et quatenus neque praedictus Ritus servari possit, permittendi ut in iisdem ecclesiis unica Missa lecta, loco solemnis, celebrari possit Feria V in Coena Domini.

Missa de Requie.

11. Permittendi ut in ecclesiis ter in hebdomada, extra Quadragesimam, *Missa privata de Requie* celebrari possit, etiam diebus ritus duplicis maioris et minoris, exceptis dominicis, nec non feriis, vigiliis atque octavis privilegiatis, diebus tamen, quibus eadem Missa a Rubricis permittitur, computatis.

Missae Votivae.

12. Permittendi etiam in omnibus diebus festis et dominicis *Missam votivam de B. V. M.*, diebus autem ferialibus etiam *Missam defunctorum*, iis qui, ob defectum oculorum

aliamve infirmitatem, legere nequeant Missas singulis diebus occurrentes iuxta Missalis Romani rubricas.[1]

* * *

13. Permittendi ut, iusta de causa, *SS.mum Sacramentum cum duobus luminibus* cuiusvis generis *exponi* possit, exclusa tamen expositione perpetua et XL horarum. Ss.ma Eucharistia.

14. Permittendi ut, in locis ubi nulla materia ad lampades nutriendas haberi potest, *SS.mum Sacramentum* etiam *sine lumine asservari* possit, in casu tamen verae necessitatis et graviter onerata conscientia ipsius Ordinarii.[2]

15. Permittendi, si sit periculum sacrilegii, ut *SS.mum Sacramentum* pro infirmis *sine lumine*, in loco tamen decenti, *retineri* possit.

*16. Permittendi *religiosis sororibus* ut *pallas, corporalia* et *purificatoria primo abluere* valeant. Ablutio corporalium, etc.

17. Permittendi suis missionariis ut deferre et *administrare* valeant christianis aegrotantibus *SS.mam Eucharistiam* sine superpelliceo et stola ac sine comite, dummodo constet de periculo cui exponerentur si induerent superpelliceum et stolam. S. Communio pro infirmis.

*18. Concedendi *infirmis*, de quibus certa spes non adsit ut cito convalescant, ut *s. Communionem* sumere possint bis vel ter in hebdomada (et si agatur de sacerdotibus vel religiosis, etiam quotidie) etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

* * *

19. Conferendi, rationabili de causa, *Ordines minores* omnes simul, etiam cum prima tonsura. S. Ordinatio.

20. Conferendi, iusta de causa, omnes *sacros Ordines*, etiam *Presbyteratum*, diebus ferialibus etsi continuis.

21. Dispensandi, gravi tamen de causa, cum suis utriusque cleri *diaconis* super *defectu aetatis* decem et octo mensium, ut ad s. Presbyteratus ordinem promoveri possint, dummodo idonei sint, et dimidiam partem quarti anni cursus theologici rite (can. 976, 3) absolverint.

---

[1] Cfr. A.A.S. a. 1921, pag. 154 et ss.

[2] Cfr. A.A.S. a. 1938, pag. 198 et ss.

* * *

Dispensationes matrimoniales.

*22. Dispensandi, canonicis exsistentibus causis, super *impedimentis matrimonialibus* sive minoris sive maioris gradus (can. 1042), tam publicis quam occultis, etiam multiplicibus, iuris tamen eecclesiastici, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro Presbyteratus ordine, ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, et ex defectu praescriptae aetatis, quando sponsi ad aetatem ab antiquo iure praefixam nondum pervenerint (idest ad annum 14 completum pro viris et ad 12 completum pro mulieribus).

Concedendo tamen has dispensationes, Ordinarius prae oculis habeat regulas statutas in Codice, a can. 1035 ad can. 1080, circa impedimenta in genere et in specie et, in impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus, servatis conditionibus ab Ecclesia praescriptis: videlicet de amovendo a catholico coniuge perversionis periculo, ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate tantum baptizanda et educanda,[1] *monita parte catholica de obligatione, qua tenetur, conversionem coniugis acatholici prudenter curandi; eaque lege ut, neque ante neque post matrimonium coram Ecclesia initum, partes adeant ministrum falsi cultus ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum. Si agatur vero de matrimoniis cum hebraeis vel mahumetanis, peculiari ratione oportet ut: constet de status libertate partis infidelis, ad removendum periculum polygamiae; absit periculum circumcisionis prolis; et si civilis actus sit ineundus, sit tantum caeremonia civilis nullaque Mahumetis invocatio aut aliud superstitionis genus interveniat.*

Sanationes in radice.

*23. *Sanandi in radice*, iuxta regulas in Codice a can. 1138 ad can. 1141 statutas, matrimonia ob aliquod impedimentum, de quo supra (n. 22), nulliter contracta. Quod vero attinet ad prolis legitimationem, Ordinarius prae oculis habeat canones 1051, 1138.

Facultas sanandi in radice non extenditur ad casus in quibus supervenerit amentia unius vel utriusque partis. In singulis hisce casibus igitur ad S. Sedem recurrendum erit.

---

[1] Cf. Syllogen ad usum missionariorum. Romae, 1939, p. 561 et ss.

*24. *Sanandi* pariter *in radice matrimonia mixta* attentata coram magistratu civili vel ministro acatholico, dummodo moraliter certum sit partem acatholicam universae prolis nasciturae catholicam educationem non esse impedituram.

Privil. Paulinum et Interpellationes.

*25. Dispensandi super *interpellatione* coniugum in infidelitate relictorum [1] pro omnibus *casibus ordinariis*, quando scilicet adhibitis antea omnibus diligentiis, etiam per publicas ephemerides ad reperiendum locum ubi coniux infidelis habitat, iisque in irritum cessis, constet ex processu saltem summario et extraiudicialiter coniugem absentem moneri legitime non posse aut monitum intra tempus in monitione praefixum suam voluntatem non significasse.

*26. Itemque dispensandi super *interpellatione* coniugis in infidelitate relicti, siquidem certo constiterit ex processu saltem summario et extraiudicialiter, interpellationem fieri non posse sine evidenti *gravis damni* aut coniugi iam ad fidem converso (etsi nondum baptizato), aut christianis inferendi periculo.

*27. Permittendi ut, accedente gravi causa, *interpellatio* coniugis infidelis *ante baptismum* partis quae ad fidem convertitur fieri possit; nec non, gravi pariter de causa, ab eadem interpellatione, ante baptismum partis quae convertitur, dispensandi, dummodo hoc in casu ex processu saltem summario et extraiudiciali constet interpellationem fieri non posse, vel fore inutilem.

Benedictio nuptialis.

*28. Impertiendi *benedictionem nuptialem* extra Missam aut preces recitandi iuxta formulas quae in Appendice Ritualis Romani continentur.

B) Circa Absolutiones, Benedictiones, Indulgentias et Indulta varia

Censurae

*29. Absolvendi ab omnibus *censuris*, sive simpliciter sive speciali modo Romano Pontifici reservatis, iuxta can. 2250, 3.

Vota.

*30. Dispensandi vel commutandi, iusta de causa, *vota privata*, Sedi Ap. reservata, de quibus in can. 1309.

---

[1] Pro dispensandis infidelibus *plures uxores* habentibus, ut post baptismum quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti, cfr. can. 1125.

* * *

Coronae, cruces, numismata.

*31. Benedicendi solo crucis signo cum omnibus Indulgentiis a S. Sede concedi solitis, *coronas* precatorias, *cruces*, parvas *statuas* et sacra *numismata*, et adnectendi coronis Indulgentias, quae a s. Birgitta et quae a Patribus Crucigeris nuncupantur.

Consecratio calicis, patenae, etc.

32. Conferendi uni alterive i. e. paucis ex suis sacerdotibus in casu necessitatis facultatem *consecrandi*, iuxta formam in Pontificali Romano praescriptam, *calices*, *patenas* et iuxta formulam breviorem *altarium lapides*, adhibitis tamen oleis ab Episcopo catholico benedictis.

* * *

Benedictio Papalis.

33. Impertiendi, praeter concessionem de qua in can. 914, ter in anno in solemnioribus festis *Benedictionem Papalem* iuxta praescriptam formulam cum Indulgentia plenaria ab iis lucranda, qui vere poenitentes, confessi et s. Communione refecti, eidem Benedictioni interfuerint, Deumque pro sanctae Fidei propagatione et iuxta mentem Summi Pontificis oraverint.

Indulgentiae.

34. Concedendi ut, servatis consuetis conditionibus, *Indulgentiam plenariam* in *primae Communionis* solemni distributione et in *s. Confirmationis* administratione, christifideles ad s. Communionem vel Confirmationem rite accedentes lucrari possint.

*35. Concedendi *Indulgentiam plenariam* primo *conversis* ab haeresi, servatis consuetis conditionibus.

36. Concedendi *Indulgentiam plenariam* singulis ex clero, qui per quinque saltem dies *spiritualibus Exercitiis* interfuerint, ac sacrosanctum Missae sacrificium celebrantes vel saltem ad s. Synaxim accedentes, pias preces fuderint, ut supra (n. 33).

*37. Impertiendi Benedictionem Apostolicam cum *Indulgentia plenaria* omnibus christifidelibus, qui spiritualibus Exercitiis seu *sacris Missionibus*, de quibus in can. 1349, 1, ultra medietatem interfuerint, benedictioni cum Cruce in fine postremae concionis impertiendae vere poenitentes, confessi ac sacra Communione refecti adstiterint, atque ecclesiam, in qua conciones huiusmodi habebuntur devote visitaverint, ibique pias ad Deum preces fuderint ut supra (n. 33).

*38. Concedendi in actu *visitationis* paroeciarum, quasi paroeciarum et missionum, nec non communitatum tam saecularium quam religiosorum, ut *Indulgentiam plenariam* una vice tantum lucrari possint christifideles, dummodo contriti, confessi ac sacra Communione refecti ecclesiam vel oratorium visitaverint et pias ad Deum preces fuderint ut supra (n. 33).

*39. Concedendi christifidelibus ut *Indulgentias*, propter quas *confessio* saltem bis in mense requiritur, lucrari possint, etsi ob legitimum impedimentum semel in mense ad poenitentiae sacramentum accesserint.

*40. Benedicendi Christi crucifixi imagines sculptas cum *Indulgentia plenaria* a quocumque ex fidelibus in mortis periculo constitutis lucranda eas deosculando, vel SS.mum Iesu nomen corde saltem, si ore non potuerint, invocando.

41. Subdelegandi suis missionariis facultatem erigendi, ritibus ab Ecclesia praescriptis, stationes *Viae crucis* cum omnibus indulgentiis, quae huiusmodi pium exercitium peragentibus a Summis Pontificibus impertitae sunt; et applicandi easdem indulgentias crucibus et crucifixis, pro infirmis aliisque legitime impeditis, dummodo iidem, ad normam Decretorum Urbis et Orbis diei 16 Septembris 1859 et Sacrae Poenitentiariae diei 14 Decembris 1917, 25 Martii 1931, 20 Octobris 1931 et 12 Martii 1938, crucifixum ad hoc benedictum manu tenentes recitent, saltem corde contrito cum pia recordatione Passionis Domini, viginti Pater, Ave et Gloria, unum nempe pro qualibet statione, quinque in memoriam sacrorum Vulnerum D. N. I. C. ac unum iuxta mentem Summi Pontificis; aut, si agatur de infirmis, qui ob suae infirmitatis seu naturam seu gravitatem nec horum viginti Pater, Ave et Gloria recitationem absque gravi incommodo aut difficultate peragere valeant, crucifixum benedictum cum affectu et animo contrito osculentur vel etiam tantum intueantur, brevem insimul, si possint, aliquam orationem vel precem iaculatoriam in memoriam Passionis et Mortis Domini recitantes.

42. *Erigendi* illas etiam *confraternitates* a S. Sede adprobatas quarum instituendarum ius apostolico ex privilegio aliis reservatum est (can. 686, 2) (una excepta confraternitate SS.mi Rosarii) iisque adscribendi christifideles.

43. Subdelegandi suis missionariis facultatem christifideles

adscribendi confraternitatibus (inclusa confraternitate SS.mi Rosarii) atque benedicendi, ritibus ab Ecclesia praescriptis, omnia scapularia a Sede Apostolica probata, eaque imponendi sine onere inscriptionis.

* * *

Divinum Officium.

44. Concedendi ut privatim recitari possit *matutinum cum laudibus* diei sequentis, *statim post meridiem.*

45. Concedendi suis missionariis ut ob legitimam gravemque rationem, de qua Ordinarii conscientia oneratur, *loco Divini Officii, Rosarium* integrum aut alias preces recitare possint.

Vestes laicales.

46. Permittendi suis missionariis ut *vestes laicales* induere possint, si aliter vel transire ad loca eorum curae commissa, vel in eis commode permanere nequeant.

Ars medica.

47. Permittendi suis missionariis ut ad finem Regni Christi amplius dilatandi, *medicinam et chirurgiam* exercere valeant, dummodo in istis artibus periti sint, in curandis infirmis alterius sexus omnia quae religiosum et sacerdotem dedecent, vel scandalo esse possint, diligenter vitent easque artes omnino gratis exerceant.

Praeceptum festivum.

*48. Dispensandi cum catholicis pauperioribus ut *serviliter laborare* valeant *diebus Dominicis,* vel festis de praecepto, exceptis Paschate et Pentecoste, post tamen s. Missae auditionem, si possit audiri; si vero non possit, recitatis precibus suppletivis.

Libri prohibiti.

49. Concedendi, non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, *libros prohibitos et ephemerides,* exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus necnon operibus de obscoenis ex professo tractantibus, singulis christifidelibus sibi subditis, nonnisi tamen cum delectu ac rationabili de causa (cfr. can. 1402, 2), iis scilicet tantum, qui eorundem librorum et ephemeridum lectione sive ad ea impugnanda sive ad proprium legitimum munus exercendum, vel iustum studiorum curriculum peragendum, vere indigeant.

C) Pro ipso Ordinario

50. *Asservandi* in sacello domus stabilis suae residentiae actualis *SS.mum Eucharistiae Sacramentum.*

51. *Lucrandi Indulgentias,* quas aliis vi facultatum sibi concessarum impertire valet, impletis tamen consuetis conditionibus.

52. *Utendi* ipse *personaliter,* in iisdem tamen adiunctis, *facultatibus* seu permissionibus, quas, intra limites in praecedentibus articulis expressos, concedere potest.

53. Utendi *throno* cum *baldachino* et *cappa magna* in Pontificalibus; nec non permittendi presbyteris in ecclesiis suae iurisdictionis celebrantibus ut sui *nominis* tamquam Antistitis sive in precibus ferialibus sive *in Canone Missae* mentio fiat: quatenus haec a iure concessa non fuerint.

ANIMADVERSIONES

I. Praedictae facultates ea lege conceduntur, ut non omnes indiscriminatim *subdelegari possint,* sed illae tantum quae asterisco* notantur, seu quae habentur sub n. 16, 18, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 35, 37, 38, 39, 40, 48.

II. Ordinarius insuper supradictis omnibus facultatibus sive per se sive per alios uti tantum valeat *intra fines suae iurisdictionis;* easque gratis et sine ulla mercede exerceat (praeterquam pro expensis Cancellariae et cursus postalis ab iis qui pares sunt ad eas solvendas exigenda) et facta mentione apostolicae delegationis (vel subdelegationis ab Ordinario).

III. Quod si forte *ex oblivione vel inadvertentia* ultra tempus supra praefinitum, hisce *facultatibus* Ordinarium, vel eius delegatum, *uti contingat,* absolutiones, dispensationes, concessiones omnes exinde impertitae uti ratae atque validae habeantur. Insuper *datis* ab Ordinario *precibus pro renovatione* seu prorogatione earumdem facultatum, ipsae in suo robore *perseverare* censeantur, usque dum responsum S. C. ad eundem Ordinarium pervenerit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die . . . . mensis . . . . anno D. . . . . .

† Celsus Costantini
Archiep. Thedos.
a Secretis

NB. - *Cetera rescripta concessa usque ad expirationem facultatum generalium debent remitti ad S. C. de Propaganda Fide pro renovatione.*

FACULTATES DECENNALES ORDINARIIS MISSIONUM A S. C. DE PROPAGANDA FIDE CONCESSAE

N. 449/41, 4200/47
2416/50

FORMULA MINOR

Vi potestatis sibi a SS.mo D. N. PIO Div. Prov. Pp. XII tributae, haec S. Congregatio Ordinario N. N.
sequentes facultates concedit ad decennium, quod decurrit a die 1 mensis Ianuarii anno 1951 ad diem 31 mensis Decembris anno 1960.

A) Circa Sacramenta et Sacros Ritus

Aqua baptismalis.

1. Concedendi suis missionariis facultatem *benedicendi aquam baptismalem* ea breviori formula, quae in Appendice Ritualis Romani continetur.

Sacramentum Confirmationis.

2. Concedendi facultatem *administrandi Confirmationis Sacramentum* uni vel alteri ex suis sacerdotibus (i. e. omnino paucis et ita ut in eadem statione unus tantum sacerdos hanc facultatem habeat), in quacumque regione a sua residentia longe dissita, absente tamen quocumque Episcopo, servata Instructione « De Sacramento Confirmationis » in Appendice Ritualis Romani inserta.

* * *

Missa.

3. Permittendi ut *Missa* celebrari possit, in casu necessitatis, super altari portatili; etiam *sine ministro*, et *sub dio*, et *in navi*, dummodo, debitis cautelis adhibitis, nullum adsit irreverentiae periculum, et locus decens sit; etiam si altare sit fractum vel sine Reliquiis Sanctorum; et praesentibus haereticis, schismaticis, infidelibus et excommunicatis, si aliter celebrari non possit; atque ut Missa inchoari queat *una hora post mediam noctem*.

4. Permittendi ut *Missa celebrari* possit *cum uno lumine* cuiusvis generis, dummodo cera apum desit; nec non permittendi ut Missa *absque luminibus* celebrari possit, in casu tamen verae necessitatis, et graviter onerata conscientia ipsius Ordinarii.

5. Permittendi ut *in utraque purificatione calicis aqua tantum* adhiberi possit, dummodo tamen extrema sit vini penuria.

6. Permittendi *thurificationem* in Missis cantatis a solo celebrante absque ministris, dummodo duo saltem clerici superpelliceo induti Missae inserviant.

7. Concedendi suis missionariis iter facientibus ut in celebrando Sancto Sacrificio uti possint paramentis cuiusvis *coloris liturgici.*

8. Permittendi ut in ecclesiis et oratoriis publicis, quae privilegio iuris communis (can. 821, 2-3) haud gaudent, *tres Missae* statim post mediam noctem *Nativitatis Domini* celebrari possint, cauto tamen ut omnia cum debita reverentia fiant.

Hebdomada maior.

9. Permittendi ut in ecclesiis dissitis *functiones Maioris Hebdomadae* celebrari queant iuxta peculiarem Ritum a s. m. Benedicto Pp. XIII concessum pro ecclesiis minoribus paroecialibus, in quibus minostrorum numerus vel copia cantorum ad praedictas sacras functiones solemniter peragendas haberi nequeat: dummodo tamen constet ibidem satis esse consultum reverentiae sacris mysteriis debitae, nullamque exinde abusui patere occasionem; et quatenus neque praedictus Ritus servari possit, permittendi ut in iisdem ecclesiis unica Missa lecta, loco solemnis, celebrari possit Feria V in Coena Domini.

Missa de Requie.

10. Permittendi ut in ecclesiis ter in hebdomada, extra Quadragesimam, *Missa privata de Requie* celebrari possit, etiam diebus ritus duplicis maioris et minoris, exceptis dominicis, nec non feriis vigiliis atque octavis privilegiatis, diebus tamen, quibus eadem Missa a Rubricis permittitur, computatis.

Missae Votivae.

11. Permittendi etiam in omnibus diebus festis et dominicis *Missam votivam de B. V. M.,* diebus autem ferialibus etiam *Missam defunctorum,* iis qui, ob defectum oculorum aliamve infirmitatem, legere nequeant Missas singulis diebus occurrentes iuxta Missalis Romani rubricas [1].

---

[1] Cfr. A.A.S. a. 1921, pag. 154 et ss.

* * *

Ss.ma Eucharistia.

12. Permittendi ut, iusta de causa, *SS.mum Sacramentum cum duobus luminibus* cuiusvis generis *exponi* possit, exclusa tamen expositione perpetua et XL horarum.

13. Permittendi ut, in locis ubi nulla materia ad lampades nutriendas haberi potest, *SS.mum Sacramentum* etiam *sine lumine asservari* possit, in casu tamen verae necessitatis et graviter onerata conscientia ipsius Ordinarii [2].

14. Permittendi, si sit periculum sacrilegii, ut *SS.mum Sacramentum* pro infirmis *sine lumine,* in loco tamen decenti, *retineri* possit.

Ablutio corporalium, etc.

*15. Permittendi *religiosis sororibus* ut *pallas, corporalia* et *purificatoria primo abluere* valeant.

S. Communio pro infirmis.

*16. Permittendi suis missionariis ut deferre et *administrare* valeant christianis aegrotantibus *SS.mam Eucharistiam* sine superpelliceo et stola ac sine comite, dummodo constet de periculo cui exponerentur si induerent superpelliceum et stolam.

*17. Concedendi *infirmis,* de quibus certa spes non adsit ut cito convalescant, ut *s. Communionem* sumere possint bis vel ter in hebdomada (et si agatur de sacerdotibus vel religiosis, etiam quotidie) etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

* * *

S. Ordinatio.

18. Conferendi, rationabili de causa, *Ordines minores* omnes simul, etiam cum prima tonsura.

19. Permittendi, iusta de causa, ut suis subditis omnes *sacri Ordines,* etiam *Presbyteratus,* diebus ferialibus etsi continuis conferri possint.

20. Dispensandi, gravi tamen de causa, cum suis utriusque cleri *diaconis* super *defectu aetatis* decem et octo mensium, ut ad s. Presbyteratus ordinem promoveri possint, dummodo idonei sint, et dimidiam partem quarti anni cursus theologici rite (can. 976, 3) absolverint.

---

[2] Cfr. A.A.S. a. 1938, pag. 198 et ss.

* * *

Dispensationes matrimoniales.

*21. Dispensandi, canonicis exsistentibus causis, super *impedimentis matrimonialibus* sive minoris sive maioris gradus (can. 1042), tam publicis quam occultis, etiam multiplicibus, iuris tamen ecclesiastici, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro Presbyteratus ordine, ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, et ex defectu praescriptae aetatis, quando sponsi ad aetatem ab antiquo iure praefixam nondum pervenerint (idest ad annum 14 completum pro viris et ad 12 completum pro mulieribus).

Concedendo tamen has dispensationes, Ordinarius prae oculis habeat regulas statutas in Codice, a can. 1035 ad can. 1080, circa impedimenta in genere et in specie et, in impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus, servatis conditionibus ab Ecclesia praescriptis: videlicet de amovendo a catholico coniuge perversionis periculo, ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate tantum baptizanda et educanda[1]*, monita parte catholica de obligatione, qua tenetur, conversionem coniugis acatholici prudenter curandi; eaque lege ut, neque ante neque post matrimonium coram Ecclesia initum, partes adeant ministrum falsi cultus ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum. Si agatur vero de matrimoniis cum hebraeis vel mahumetanis, peculiari ratione opertet ut: constet de status libertate partis infidelis, ad removendum periculum polygamiae; absit periculum circumcisionis prolis; et si civilis actus sit ineundus, sit tantum caeremonia civilis nullaque Mahumetis invocatio aut aliud superstitionis genus interveniat.*

Sanationes in radice.

*22. *Sanandi in radice,* iuxta regulas in Codice a can. 1138 ad can. 1141 statutas, matrimonia ob aliquod impedimentum, de quo supra (n. 21), nulliter contracta. Quod vero attinet ad prolis legitimationem, Ordinarius prae oculis habeat canones 1051, 1138.

Facultas sanandi in radice non extenditur ad casus in quibus supervenerit amentia unius vel utriusque partis. In singulis hisce casibus igitur ad S. Sedem recurrendum erit.

*23. *Sanandi* pariter *in radice matrimonia mixta* attentata coram magistratu civili vel ministro acatholico, dummodo mo-

[1] Cf. Syllogen ad usum missionariorum. Romae, 1939, p. 561 et ss.

raliter certum sit partem acatholicam universae prolis nasciturae catholicam educationem non esse impedituram.

Privil. Paulinum et Interpellationes.

*24. Dispensandi super *interpellatione* coniugum in infidelitate relictorum [1] pro omnibus *casibus ordinariis,* quando scilicet adhibitis antea omnibus diligentiis, etiam per publicas ephemerides ad reperiendum locum ubi coniux infidelis habitat, iisque in irritum cessis, constet ex processu saltem summario et extraiudicialiter coniugem absentem moneri legitime non posse aut monitum intra tempus in monitione praefixum suam voluntatem non significasse.

*25. Itemque dispensandi super *interpellatione* coniugis in infidelitate relicti, siquidem certo constiterit ex processu saltem summario et extraiudicialiter, interpellationem fieri non posse sine evidenti *gravis damni* aut coniugi iam ad fiedem converso (etsi nondum baptizato), aut christianis inferendi periculo.

*26. Permittendi ut, accedente gravi causa, *interpellatio* coniugis infidelis *ante baptismum* partis quae ad fidem convertitur fieri possit; nec non, gravi pariter de causa, ab eadem interpellatione, ante baptismum partis quae convertitur, dispensandi, dummodo hoc in casu ex processu saltem summario et extraiudiciali constet interpellationem fieri non posse, vel fore inutilem.

Benedictio nuptialis.

*27. Impertiendi *benedictionem nuptialem* extra Missam aut preces recitandi iuxta formulas quae in Appendice Ritualis Romani continentur.

B) Circa Absolutiones, Benedictiones, Indulgentias et Indulta varia

Censurae.

*28. Absolvendi ab omnibus *censuris,* sive simpliciter sive speciali modo Romano Pontifici reservatis, iuxta can. 2250, 3.

Vota.

*29. Dispensandi vel commutandi, iusta de causa, *vota privata,* Sedi Ap. reservata, de quibus in can. 1309.

* * *

Coronae, cruces, numismata.

*30. Benedicendi solo crucis signo cum omnibus Indulgentiis a S. Sede concedi solitis, *coronas* precatorias, *cruces,* par-

[1] Pro dispensandis infidelibus *plures uxores* habentibus, ut post baptismum quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti, cfr. can. 1125.

vas *statuas* et sacra *numismata*, et adnectendi coronis Indulgentias, quae a s. Birgitta et quae a Patribus Crucigeris nuncupantur.

Consecratio calicis, patenae, etc.

31. Conferendi uni alterive i. e. paucis ex suis sacerdotibus in casu necessitatis facultatem *consecrandi*, iuxta formam in Pontificali Romano praescriptam, *calices, patenas* et iuxta formulam breviorem *altarium lapides*, adhibitis tamen oleis ab Episcopo catholico benedictis.

* * *

Benedictio Papalis.

32. Impertiendi, praeter concessionem de qua in can. 914, ter in anno in solemnioribus festis *Benedictionem Papalem* iuxta praescriptam formulam cum Indulgentia plenaria ab iis lucranda, qui vere poenitentes, confessi et s. Communione refecti, eidem Benedictioni interfuerint, Deumque pro sanctae Fidei propagatione et iuxta mentem Summi Pontificis oraverint.

Indulgentiae.

33. Concedendi ut, servatis consuetis conditionibus, *Indulgentiam plenariam* in *primae Communionis* solemni distributione et in *s. Confirmationis* administratione, christifideles ad s. Communionem vel Confirmationem rite accedentes lucrari possint.

*34. Concedendi *Indulgentiam plenariam* primo *conversis* ab haeresi, servatis consuetis conditionibus.

35. Concedendi *Indulgentiam plenariam* singulis ex clero, qui per quinque saltem dies *spiritualibus Exercitiis* interfuerint, ac sacrosanctum Missae sacrificium celebrantes vel saltem ad s. Synaxim accedentes, pias preces fuderint, ut supra (n. 32).

*36. Impertiendi Benedictionem Apostolicam cum *Indulgentia plenaria* omnibus christifidelibus, qui spiritualibus Exercitiis seu *sacris Missionibus*, de quibus in can. 1349, 1, ultra meditatem interfuerint, benedictioni cum Cruce in fine postremae concionis impertiendae vere poenitentes, confessi ac sacra Communione refecti adstiterint, atque ecclesiam, in qua conciones huismodi habebuntur devote visitaverint, ibique pias ad Deum preces fuderint ut supra (n. 32).

*37. Concedendi in actu *visitationis* paroeciarum, quasi paroeciarum et missionum, nec non communitatum tam saecu-

larium quam religiosorum, ut *Indulgentiam plenariam* una vice tantum lucrari possint christifideles, dummodo contriti, confessi ac sacra Communione refecti ecclesiam vel oratorium visitaverint et pias ad Deum preces fuderint ut supra (n. 32).

*38. Concedendi christifidelibus ut *Indulgentias,* propter quas *confessio* saltem bis in mense requiritur, lucrari possint, etsi ob legitimum impedimentum semel in mense ad poenitentiae sacramentum accesserint.

*39. Benedicendi Christi crucifixi imagines, sculptas cum *Indulgentia plenaria* a quocumque ex fidelibus in mortis periculo constitutis lucranda eas deosculando, vel SS.mum Iesu nomen corde saltem, si ore non potuerint, invocando.

*40. Erigendi, ritibus ab Ecclesia paescriptis, stationes *Viae crucis,* cum omnibus indulgentiis, quae huiusmodi pium exercitium peragentibus a Summis Pontificibus impertitae sunt; et applicandi easdem indulgentias crucibus et crucifixis, pro infirmis aliisque legitime impeditis, dummodo iidem, ad normam Decretorum Urbis et Orbis diei 16 Septembris 1859 et Sacrae Poenitentiariae diei 14 Decembris 1917, 25 Martii 1931, 20 Octobris 1931 et 12 Martii 1938, crucifixum ad hoc benedictum manu tenentes recitent, saltem corde contrito cum pia recordatione Passionis Domini, vigenti Pater, Ave et Gloria, unum nempe pro qualibet statione, quinque in memoriam sacrorum Vulnerum D. N. I. C. ac unum iuxta mentem Summi Pontificis; aut, si agatur de infirmis, qui ob suae infirmitatis seu naturam seu gravitatem nec horum viginti Pater, Ave et Gloria recitationem absque gravi incommodo aut difficultate peragere valeant, crucifixum benedictum cum affectu et animo contrito osculentur vel etiam tantum intueantur, brevem insimul, si possint, aliquam orationem vel precem iaculatoriam in memoriam Passionis et Mortis Domini recitantes.

41. Erigendi illas etiam *confraternitates* a S. Sede adprobatas, quarum instituendarum ius apostolico ex privilegio aliis reservatum est (can. 686, 2) (una excepta confraternitate Ss.mi Rosarii) iisque adscribendi christifideles.

42. Subdelegandi suis missionariis facultatem christifideles *adscribendi confraternitatibus* (inclusa confraternitate Ss.mi Rosarii).

*43. Benedicendi, ritibus ab Ecclesia praescriptis, omnia scapularia a Sede Apostolica probata, eaque imponendi sine onere inscriptionis.

* * *

Divinum Officium.

44. Concedendi ut privatim recitari possit *mutatinum cum laudibus* diei sequentis, *statim post meridiem.*

45. Concedendi suis missionariis ut ob legitimam gravemque rationem, de qua Ordinarii conscientia oneratur, *loco Divini Officii, Rosarium* integrum aut alias preces recitare possint.

Vestes laicales.

46. Permittendi suis missionariis ut *vestes laicales* induere possint, si aliter vel transire ad loca eorum curae commissa, vel in eis commode permanere nequeant.

Ars medica.

47. Permittendi suis missionariis ut ad finem Regni Christi amplius dilatandi, *medicinam et chirurgiam* exercere valeant, dummodo in istis artibus periti sint, in curandis infirmis alterius sexus omnia quae religiosum et sacerdotem dedecent, vel scandalo esse possint, diligenter vitent easque artes omnino gratis exerceant.

Praeceptum festivum.

*48. Dispensandi cum catholicis pauperioribus ut *serviliter laborare* valeant *diebus Dominicis,* vel festis de praecepto, exceptis Paschate et Pentecoste, post tamen s. Missae auditionem, si possit audiri; si vero non possit, recitatis precibus suppletivis.

Libri prohibiti.

49. Concedendi, non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, *libros prohibitos et ephemerides,* exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus necnon operibus de obscoenis ex professo tractantibus, singulis christifidelibus sibi subditis, nonnisi tamen cum delectu ac rationabili de causa (cfr. can. 1402, 2), iis scilicet tantum, qui eorundem librorum et ephemeridum lectione sive ad ea impagnanda sive ad proprium legitimum munus exercendum, vel iustum studiorum curriculum peragendum, vere indigeant.

C) Pro ipso Ordinario

50. Fruendi indulto personali *altaris quotidiani privilegiati,* dummodo nihil praeter consuetam eleemosynam intuitu huius privilegii percipiat.

51. *Lucrandi Indulgentias,* quas aliis vi facultatum sibi concessarum impertire valet, impletis tamen consuetis conditionibus.

52. *Utendi* ipse *personaliter,* in iisdem tamen adiunctis, *facultatibus* seu permissionibus, quas, intra limites in praecedentibus articulis expressos, concedere potest.

ANIMADVERSIONES

I. Praedictae facultates ea lege conceduntur, ut non omnes indiscriminatim *subdelegari* possint, sed illae tantum quae asterisco * notantur, seu quae habentur sub n. 15, 17, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 34, 36, 37, 38, 39, 40, 43, 48.

II. Ordinarius insuper supradictis omnibus facultatibus sive per se sive per alios uti tantum valeat *intra fines suae iurisdictionis;* easque gratis et sine ulla mercede exerceat (praeterquam pro expensis Cancellariae et cursus postalis ab iis qui pares sunt ad eas solvendas exigenda) et facta mentione apostolicae delegationis (vel subdelegationis ab Ordinario).

III. Quod si forte *ex oblivione vel inadvertentia* ultra tempus supra praefinitum, hisce *facultatibus* Ordinarium, vel eius delegatum, *uti contingat,* absolutiones, dispensationes, concessiones omnes exinde impertitae uti ratae atque validae habeantur. Insuper *datis* ab Ordinario *precibus pro renovatione* seu prorogatione earumdem facultatum, ipsae in suo robore *perseverare* censeantur, usque dum responsum S. C. ad eundem Ordinarium pervenerit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die . . . mensis . . . . . anno D. . . .

† Celsus Costantini
Archiep. Thedos.
a Secretis

NB. - *Cetera rescripta concessa usque ad expirationem facultatum generalium debent remitti ad S. C. de Propaganda Fide pro renovatione.*

Gratis sine ulla solutione quocumque titulo.

ADNOTATIONES

SUMMARIUM: Antiquissimae Facultates - Renovatio Facultatum - Relatio inter textum hodierum et praecedentem - Quo modo dentur - Quibus concedantur - Quibus subdelegari possint - Quomodo interpretentur: generatim; speciatim.

ANTIQUISSIMAE FACULTATES.

Iam a prioribus annis suae fundationis, S. C. de Propaganda Fide formulas facultatum pro missionariis omni cura digessit. Antiquissimae formulae approbatae fuerunt die 10 februarii 1637 et decursu temporis retractatae. Quibus formulis ordinariis additae fuerunt, saeculo praeterito, quaedam formulae extraordinariae.

Post Codicem Iuris Canonici latum formulae funditus immutatae sunt et ad tres formulas reductae, quae ad duas, maiorem et minorem, reductae sunt anno 1941.

In antiquissimas formulas commentarium scripserunt Patres Köning et Putzer [1]; in facultates iuxta formulas post Codicem latas multi auctores commentaria exaraverunt, inter quos Vermeersch [2], Serra [3], Iglesias [4], Vromant [5], Payen [6]; in novissimas formulas: Paventi [7], Peeters [8], Sartori [9], Winslow [10].

RENOVATIO FACULTATUM.

Anteactis mensibus huius anni Sacra Congregatio de Propaganda Fide omnibus Ordinariis, sibi subditis, renovavit ex officio facultates ordinarias ad aliud decennium, quod decurret a die 1 mensis ianuarii anno 1950 ad diem 31 mensis decembris anno 1960. Die 31 mensis decembris vertentis anni cessabunt facultates iam concessae die 1 mensis ianuarii anno 1941.

---

[1] KÖNINGS - PUTZER, Commentarium in facultates Apostolicas, quae Episcopis et Vicariis Apostolicis per modum formularum concedi solent. Neo-Eboràci, 5 ed., 1898.

[2] VERMEERSCH A., De facultatibus S. C. de Propaganda Fide, Brugis 1922.

[3] SERRA I., Commentarium in facultates formulae tertiae maioris, Hongkong 1933.

[4] IGLESIAS A., Brevis commentarius in facultates, quas S. C. de Prop. Fide dare solet Missionariis, Taurini-Romae 1924.

[5] VROMANT G., Facultates Apostolicae. Commentaria in formulam tertiam, Bruxelles 1938.

[6] [PAYEN G.[, Monita Nankinensia. Zi-Kawei, 1933.

[7] PAVENTI X., Brevis Commentarius in Facultates S. C. de Prop. Fide, Romae 1944.

[8] PEETERS H., Facultates, quas Ordinarii et Missionarii habere solent, cum brevi commentario. 2 ed., Mechliniae 1950.

[9] SARTORI C., Iuris Missionarii Elementa, adiecto Commentario Facultatum, quas S. C. de Prop. Fide pro locis Missionum concedit, Romae 1947.

[10] WINSLOW F. J., A Commentary on the Apostolic Facultaties, New York 1941.

Formulae illarum facultatum transmissae fuerunt tempore belli et a pluribus Ordinariis missionum non receptae sunt, qua de causa aliquo modo S. C. de Prop. Fide coacta fuit ex officio renovare facultates easdem, licet etiam nostris temporibus plures Ordinarii, praesertim in Sinis, difficile illas recipere queant.

Textus facultatum contentus est duabus formulis, quae appellantur formula major et formula minor. Formula major conceditur Ordinariis charactere episcopali exornatis, dum e contra formula minor datur Ordinariis sine charactere episcopali. Adhuc in vigore manet formula extra ordinem quae datur dioecesibus in Jugoslavia, dependentibus a S. C. de Prop. Fide, scilicet dioecesibus Serajensi, Banialucensi, Mandetriensi, Antibarensi et Scopiensi [11].

Praeter facultates ordinarias vel generales, quae ad decennium dantur S. C. de Prop. Fide concedit plures alias facultates et indulta per rescripta particularia vel ad definitum tempus vel usque ad expirationem facultatum generalium. Per facultates ordinarias concessas anno 1941 renovata fuerunt ex officio omnia rescripta data usque ad expirationem facultatum generalium. Hac vero occasione S. C. de Prop. Fide in fine textus formularum haec verba adiecit: « N. B. — Cetera rescripta concessa usque ad expirationem facultatum generalium debent remitti ad S. C. de Propaganda Fide pro renovatione ». Quae verba per se patent.

Relatio inter textum hodiernum et praecedentem.

Textus hodiernus utriusque formulae est fere idem ac textus praecedens, exceptis duabus immutationibus. Jam ab anno 1947, in articulo 24 formulae maioris et in articulo 23 formulae minoris deleta sunt verba: « tam natae quam » et ab eodem anno abolitus omnino fuit articulus 53 formulae minoris. Prior immutatio necessaria fuit post promulgatum decretum S. C. Sancti Officii diei 16 ianuarii 1942 [12].

Quo modo dentur.

Facultates generales conceduntur ex potestate ordinaria, qua pollet ipsa S. C. de Propaganda Fide, ut clare evincitur ex prooemio formulae: « Vi potestatis sibi a SS.mo D. N. Pio Div. Prov. PP. XII tributae, haec S. Congregatio Ordinario... sequentes facultates concedit ad decennium, quod decurrit a die 1 mensis Januarii anno 1951 ad diem 31 mensis Decembris anno 1960 ».

---

[11] Sylloge P. F., n. 213.

[12] Sartori C., Enchiridion Canonicum, Romae 1947, p. 207.

Verba, quibus determinatur decennium addita prima vice fuerunt in reimpressione praecedentium facultatum anno 1947. Hoc modo S. C. de Propaganda Fide introduxit novam praxim in concedendis facultatibus ordinariis, nam novo decennio transacto omnibus Ordinariis ex officio facultates ordinarias renovabit et ceteris Ordinariis novarum circuscriptionum ecclesiasticarum concedet easdem facultates non ad decennium, forsan computandum a die datae, sed ad decennium quod expirabit die 31 mensis decembris anno 1960.

Insuper in initio paginae primae habentur numeri tabularii, vulgo « protocollo », scilicet numerus 449/41, quo indicatur impressio novarum facultatum funditus retractarum anno 1941, et numerus 4200/47 quo indicatur impressio altera cum duabus immutationibus, de quibus supra. Generatim habetur etiam numerus tabularii, manu exaratus, qui indicat positionem archivi peractae concessionis facultatum cuidam Ordinario.

Quibus concedantur.

Facultates generales S. C. de Propaganda Fide non concedit singulis Missionariis sed Ordinariis locorum, scilicet Episcopis, Vicariis Apostolicis, Praefectis Apostolicis, Superioribus ecclesiasticis missionis sui iuris et Abatibus nullius. In missionum territoriis non adsunt Praelati nullius. Omnes isti Superiores veniunt in iure nomine Ordinarii loci (c. 198). Quoad Superiores ecclesiasticos missionis sui iuris, qui nunc temporis paucissimi sunt, prostat documentum latum a S. C. de Prop. Fide, ex quo clare evincitur etiam Superiores ecclesiasticos missionis sui iuris habendos esse ut Ordinarios loci [13].

Facultates non evanescunt resoluto iure Ordinarii, cui concessae sunt, etiamsi ipse eas exsequi coeperit, sed ad Ordinarium, qui ipsi in regimine succedit, transibunt (c. 66 § 2). Competunt etiam Vicario Generali vel Vicario Delegato, qui ordinaria potestate gaudet [14]; atque etiam Capitulo cathedrali (c. 431 § 1, c. 432); Collegio Consultorum dioecesanorum (c. 427); Vicario Capitulari vel Procapitulari (cfr. cc. 427, 432 § 1); Administratori Apostolico (c. 312-318), qui ex iure dari potest dioecesibus, Abatiis et Praelaturis nullius et ex praxi S. C. de Prop. Fide, a Summo Pontifice approbata, etiam quasi-dioecesibus; Provicario, Propraefecto vel

---

[13] Sylloge P. F., n. 187.

[14] Circa potestatem Vicarii Delegati canonistae diu disceptarunt sed in re habetur documentum latum a S. C. de Prop. Fide die 16 novembris 1937, in quo clare scripta videmus haec verba : « Iurisdictio Vicarii Delegati est ordinaria ». Cfr. S. Paventi, Il Vicario Delegato in territorio di missioni, in Rassegna di Morale e di Diritto, 1941, pp. 141-145.

Prosuperiori (c. 309 § 1-2); Viro ecclesiastico, qui postremis in regimine forte succedit (c. 309 § 3); Seniori quoque missionario (c. 310 § 2).

Quoad Seniorem ex missionariis recte animadvertit Sartori: « Quis censetur Senior? Olim unica dabatur responsio; nunc distinguendum est: Si Vicariatus (vel Praefectura) concreditus est Societati religiosae, Senior est qui prius litteras suae deputationis Ordinario exhibuit; si vero concreditus est Sacerdotibus indigenis, Senior designatur iuxta can. 106, n. 3, i. e. qui prius promotus est ad sacerdotium, et si plures eodem tempore ordinati sunt, senior aetate (Cf. I Concil. Sinense, n. 73-74 » [15].

Nunc ad trutinam revocamus duas quaestiones particulares. Sede vacante alicuius quasi-dioecesis expirat vel non jurisdictio Vicarii Delegati? Verba canonis 309 § 2 clare dicunt jurisdictionem Vicarii Delegati in casu expirare. Quae sententia confirmatur art. 77 Primi Concilii Sinensis et art. 23 Primi Concilii Indosinensis. Contraria sententia non fulcitur firmis rationibus.

Quid, vero, sede impedita? Hoc in casu, si habetur Vicarius Delegatus, Ordinarius quasi-dioecesis non censetur deficere, unde ad normam c. 429 § 1, qui in re corrigit c. 309 § 2 post institutum officium Vicarii Delegati a Benedicto XV, regimen quasi-dioecesis remanet penes ipsumVicarium Delegatum. [16]

Alia quaestio perpendenda est. Vicarius Generalis et Vicarius Delegatus, utpote et ipsi Ordinarii loci, gaudent omnibus facultatibus contentis in formula maiori vel minori?

In notificatione data a S. C. de Prop. Fide die 1 ianuarii 1941 et adnexa facultatibus eodem anno renovatis ad decennium, scripta videmus haec verba: « Quae Facultates... competent quoque Vicario Generali dioecesis et Praelaturae nullius (c. 66 § 2) ac Vicario Delegato in Missionibus, exceptis excipiendis ». [17] Quae postrema clausula aliquas facultates Vicario Delegato vel Generali non competere indicat, eo vel magis quod citat canonem 66 § 2. Secundum canonem laudatum illae facultates non competunt Vicario Generali vel Delegato quae Superiori Ecclesiastico dioecesis vel quasi-dioecesis concessae sunt industria personae scilicet Superiori Ecclesiastico, qua tali, vel charactere episcopali exornato; neque competunt illae facultates in quorum textu aliud expresse cautum sit.

Ergo Vicario Generali vel Delegato non competunt facultates n. 2 et n. 20 formulae maioris, quia generatim charactere episcopali carent; neque facultates n. 33 formulae maioris et n. 32 formulae minoris, neque facultates n. 19 formulae maioris et n. 18 for-

[15] Sartori C., Elem. Iuris Missionarii, p. 75-76.
[16] Ly P., Vicarius Delegatus in territorio missionis, Romae 1944, pp. 31-44.
[17] Paventi X., l. c., p. 15.

mulae minoris, quia secundum c. 914 et c. 294 § 2 nullo iure in re gaudent: accessorium sequitur principale.[18]

Idem dicendum est de facultatibus, quae nn. 50, 51, 52, 53 in formula maiori, nn. 50, 51, 52 in formula minori indicantur concessae « Pro ipso Ordinario ». Anno 1944 circa rem haec scripsi et nunc temporis omnino confirmo: « Licet nomine Ordinarii loci veniunt etiam Vicarii Generales et Vicarii Delegati (c. 198, cfr. c. 368), tamen mihi videntur sequentes facultates iisdem tribui non posse. Titulus « pro ipso Ordinario » satis indigitat infrascriptas facultates concessas personae Ordinarii, scilicet Episcopi, Vicarii et Praefecti Apostolici potius quam muneri Ordinarii, secus non intelligeretur ratio cur S. C. D. P. F. posuerit illum titulum particularem omnino diversum a ceteris aliis. Concessiones, enim, ad personam potius referuntur, nam in facultate n. 52 expresse adhibetur verbum « personaliter », et in n. 50 formulae minoris verbum « personali »... Nec quisquam dicat facultates n. 51 et 52 optimo iure respicere posse Vicarium Generalem vel Delegatum, nam illae non sunt vere et proprie facultates novae concessae sed potius explicationes seu declarationes iuris communis, clarissimis verbis in canonibus contentae (c. 201 § 3)... Facultas n. 50 formulae maioris non invenitur in formula minori, qua de causa si extenderetur etiam Vicariis Generalibus vel Delegatis, isti haberent privilegium quoddam denegatum Praefectis Apostolicis... ».[19]

Quam sententiam defendunt, fere omnes auctores.

Quibus subdelegari possint.

Contra praescriptum canonis 199 § 2 non omnes facultates utriusque formulae subdelegari possunt sed tantum asterisco notatae licet ad potestatem ordinis referantur (cfr. c. 210). Ceterae omnes exercendae sunt per ipsum Ordinarium loci vel eius Vicarium Generalem seu Delegatum.

Facultates subdelegabiles Ordinarius subdelegare potest missionariis, quibus tribuere valet vi c. 199 § 1 « nisi aliud expresse jure caveatur » etiam facultates, quas vi jurisdictionis Ordinarius ipse habet. Omnibus, vero, patet quoad facultates apostolicas missionarium esse subdelegatum (cfr. c. 199 § 5); quoad ceteras facultates esse tantum delegatum (cfr. c. 199 § 3).

Insuper notandum est vi facultatum Ordinarium loci missionariis interdum concedere gratiam contra ius seu veram dispensationem a lege ecclesiastica; aliquando vero gratiam seu potestatem praeter ius vel iuxta ius. Circa rem bene scribit Vromant:

---

[18] Wi nslow F. J., l. c., pp. 4-5; 11.

[19] Paventi X., l. c., pp. 66-67.

« Si Ordinarius, utendo suis facultatibus, missionario veram dispensationem a lege ecclesiastica concedit, id valet erga solos subditos... Ita audiunt facultates quibus Ordinarius suos sacerdotes a servandis quibusdam praeceptis liturgicis dispensare potest... « Si agitur de potestate aliqua subdeleganda, puta facultatem dispensandi super impedimento matrimoniali, Ordinarius loci, illam potestatem committere valet etiam missionario sibi non subdito. Facultates, enim, habituales assimilantur privilegiis praeter ius (c. 66 § 1). Privilegium, autem, praeter ius, non requirit subiectionem privilegiarii. Idem applicatur omni potestati, a quocumque Superiore acceptae ». [20]

Textus quarumdam facultatum continet clausulam restrictivam, qua subdelegatio ab Ordinario fieri potest solum « suis missionariis » (ex. gr. facultates 1, 8, 17, 41, 43, 45, 46) vel « uno alterove ex suis missionariis » (ex. gr. facultates 3, 32). Suos missionarios Ordinarius habere potest qui e clero saeculari dioecesi vel quasi-dioecesi sint incardinati vel ad normam canonis 144 illuc transierunt, cum licentia proprii Ordinarii. Sunt sui Missionarii etiam sacerdotes peregrini, qui sub illo Ordinario loci legitime sacra ministeria exercent: excluduntur meri hospites, ad tempus ibi commorantes. Si sunt religiosi sufficit ut Ordinario loci praesententur a propriis Superioribus ad ministerium sacrum ibi exercendum, vel ibi domicilium vel quasi-domicilium rite obtinuerint.

Missionarii ab Ordinario loci subdelegati nequeunt potestatem receptam alio missionario iterum subdelegare (c. 199 § 5), sed gratiam impertiri possunt per rescriptum in forma gratiosa (c. 37 et 38) vel in forma mixta cum executore necessario (c. 54 § 1).

Delegatio vel subdelegatio semper scriptis missionario concedatur, ut in foro externo probari possit.

In re opportunum censeo in memoriam revocare verba, quae scripta leguntur in Litteris S. C. de Prop. Fide ad Vicarium Ap. Tunkini Occidentalis, die 16 martii 1865: « Notissimi iuris est, non posse inferiorem coarctare absque venia superioris concessionem istius. Igitur quas in foliis facultates habent Vicarii Ap. communicabiles suis missionariis, vel in totum, vel in partem, possunt quidem eas communicare vel non communicare, iuxta datam sibi a Summo Pontifice auctoritatem, sed minime possunt novas apponere conditiones et irritantes clausulas in iisdem communicandis, quando ad sic agendum specialem non obtinuerint facultatem a Sancta Sede ». [21]

---

[20] Vromant, G., l. c., pp. 11-12.
[21] Collectanea P. F., Roma 1906, n. 1270.

QUOMODO INTERPRETENTUR.

Generatim.

Regulae interpretationis facultatum quae Ordinariis missionum habitualiter conceduntur, considerari possunt generatim et speciatim, quia quaedam desumuntur ex generalibus iuris criteriis; cetera, vero, ex tribus animadversionibus textui adnexis vel ex particularibus clausulis ipsis facultatibus appositis vel ex diversis canonibus codicis, quibus relationem quoquo modo dicunt.

Prae primis in memoriam quis revocare debet facultates huiusmodi accensendas esse inter privilegia praeter ius (c. 66 § 1). Ergo interpretanda sunt ex eorum tenore scilicet ex verborum sensu, quem non licet extendere nec restringere (c. 67).

Insuper facultates secumferunt alias potestates, quae ad illarum usum necessariae sunt; quare, e. g., in facultate dispensandi includitur etiam potestas absolvendi a poenis ecclesiasticis, si quae forte obstent, sed ad effectum dumtaxat dispensationis consequendae. (c. 66 § 3; cfr. c. 36 § 2).

Habita ratione gravitatis legis, a qua dispensatur, semper iusta et rationabilis causa ad liceitatem est necessaria ad hoc ut dispensetur a lege ecclesiastica; alias dispensatio ab inferiore qui potestate propria non gaudet data illicita et invalida est. (c. 84 § 1). In dubio de sufficientia causae valide et licite conceditur dispensatio tum a Superiore propriam iurisdictionem habente, tum ab inferiore (c. 84 § 2). Dubio de existentia causae vel impedimenti succurrit praescriptum canonis 15 quo statuitur Ordinarium in legibus irritantibus et inhabilitantibus posse dispensare, dummodo agatur de legibus in quibus Romanus Pontifex dispensare solet vel per se vel per dicasteria Curiae Romanae.

Cum forum non sit determinatum, facultates valent pro utroque foro. Quae respiciunt forum internum, per se valent etiam pro foro interno non sacramentali, (c. 202), atque pro foro externo, si probari possunt pro foro externo (c. 1047; cfr. c. 991 § 4, c. 2251).

Gratia gratiam non impedit, unde facultates cumulari possunt, excepto casu quo habeatur huiusmodi clausula: dummodo nulla altera gratia existat vel concessa fuerit, vel aliis verbis expressa. Exemplum habetur in c. 916 de altari privilegiato.

Conditiones ad valorem censentur tantum quae edicantur per particulas « si, dummodo » vel per aliam eiusdem significationis (c. 39). De momento ablativi absoluti disputatur inter canonistas. Vermeersch, Coronata, Michiels et alii plures negant per ablativum absolutum indicari conditionem ad valorem: Maroto, Augustine, Cocchi et Leitner affirmant.

Quoad potestatem ab Ecclesia suppletam valent praescripta canonis 209. Ecclesia, vero, iurisdictionem supplet in errore communi pro foro tum externo tum interno. Videtur sufficere error interpretativus seu de iure, qui non supponit iudicium elicitum sed requirit solum circumstantias externas capaces inducendi multos in errorem. Supplet etiam in dubio positivo et probabili sive iuris sive facti pro foro tum interno tum externo.

Insuper facultates decennales, cum ad ius missionale pertineant, restringi aut extendi nequeunt per decreta vel instructiones latas a ceteris Dicasteriis Curaiae Romanae, nullam compentiam nec indirectam habentibus in missiones. Unde, e. gr., verba Instructionis latae a S. C. de disciplina Sacramentorum, die 1 octobris 1949 [22] circa assistentiam ministri in Missae celebratione non derogant facultati n. 4.

Praeterea facultas n. 4 compleri debet indulto, quod S. C. de Prop. Fide concedit omnibus Ordinariis missionum. Indultum respicit permissionem utendi, loco altaris portatilis, linteo ex lino vel cannabe confecto. Rescriptum concessionis plures conditiones exigit, quae late interpretari debent. [23] Linteum id genus optimo

---

[22] Cfr. Monitor Ecclesiasticus, 1949, p. 87.

[23] Operae praetium duco heic lectoribus praeseferre textum rescripti concessionis:

Beatissime Pater,

Ordinarius. . . . . ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit facultatem permittendi sacerdotibus missionariis sibi subditis ut loco altaris portatilis seu petrae sacrae in sacrosancto Missae sacrificio celebrando substituatur aliquod linteum ex lino vel cannabe confectum.

Et Deus...

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro. . . . . Divina Providentia Pp. . . sibi specialiter tributarum, benigne indulget ut . . . . . Orator, in iis regionibus ubi viarum et curruum deest copia, sacerdotibus missionariis sibi subditis facultatem concedere valeat substituendi loco altaris portatilis seu petrae sacrae aliquod linteum ex lino vel cannabe confectum et ab Episcopo benedictum, in quo reconditae sint Sanctorum Reliquiae ab eodem Episcopo recognitae, super quo iidem sacerdotes missionarii sacrosanctum Missae sacrificium celebrare queant, iis tantum in casibus et onerata eorum conscientia, in quibus aut nulla ecclesia vel oratorium sive publicum sive privatum exstet, et valde incommodum sit lapideum altare secum in itinere transferre aut in promptu habere. Servatis de cetero servandis iuxta Rubricas, praesertim quoad tobaleas et corporale.

Contrariis non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis.

Praesentibus valituris usque ad exspirationem facultatum generalium.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die. . . . mensis. . . . . A. D. . . .

iure vocare possumus antimensium latinum [24]. Constat velo linteo confecto ex lino vel cannabe, cuius amplitudo eadem esse potest ac illa communis corporalis; in angulo dextero huius lintei assuitur parvus quidam lineus saccalus, in quo includuntur reliquiae recognitae a quodam Episcopo. Antimensium benedici debet ab Episcopo formula statuta. [25]

Circa eandem facultatem n. 4 habetur responsum datum ab ipsa Sacra Congregatione, quo extenditur ad missiones viciniores usus eiusdem facultatis. En verba responsi transmissi ad Procuratorem Generalem Congr. Oblatorum B. M. V. Immaculatae:

Romae, 15 decembris 1945.

Reverendissime Domine,

Litteris P. T. R.mae, die 10 aprilis n. e. datis huic S. C.ni dubia quae sequuntur proposita sunt:

1. An missionarius certo Vicariatui Apostolico addictus, vi permissionis a suo Vicario Apostolico ad normam articuli 4 facultatum decennalium sibi concessae, Sacram Missam licite celebrare possit sub dio vel sine ministro, dum ipse exstat extra territorium proprii Vicariatus Apostolici.

---

[24] Paventi X., Quaestiones de iure missionali, in Ephemerides Juris Canonicis, 2, (1947) pp. 249-253.

[25] En formula benedicendi antimensium latinum:

BENEDICTIO LINTEI

LOCO ALTARIS PORTATILIS A MISSIONALIBUS DUMTAXAT ADHIBENDI PRO CELEBRATIONE MISSAE

Pontifex, postquam aliquas authenticas Reliquias sanctorum Martyrum recognoverit, eas in parvo quodam lineo saeculo includit, qui in angulo dextero lintei benedicendi assuatur, deinde linteum benedicit, dicens:

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum et terram.
℣ Dóminus vobiscum.
℟ Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Majestátem tuam, Dómine, humíliter implorámus ut línteum hoc ad suscipiénda pópuli tui múnera præparátum, per nostræ humilitátis servítium bene ✠ dicere, sancti ✠ ficáre et conse ✠ cráre dignéris: ut super eo sanctum sacrifícium Tibi offérre valeámus, ad honórem beatíssimæ Vírginis Maríæ, et N. N., quorum relíquiæ in eo reposúimus, et ómnium Sanctórum; et præsta, ut per hæc sacrosáncta mystéria víncula peccatórum nostrórum absolvántur, máculæ deleántur, véniæ impetréntur, grátiæ acquirántur, quátenus una cum Sanctis et Eléctis tuis vitam percípere mereámur ætérnam. Per eundem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergit illud aqua benedicta.

2. Si affirmative ad primum: An idem missionarius ad id faciendum indigeat praeterea licentia, saltem legitime praesumpta, Ordinarii loci in quo actu ita celebrat.

3. Si negative ad primum: An idem missionarius id licite facere valeat etiam per modum habitus, accedente Ordinarii loci, in quo celebrat, licentia citra tamen usum can. 822 § 4 Codicis Juris Canonici concessa.

Praehabita sententia Rev.morum Consultorum, propositis dubiis haec respondere satago:

Ad primum: affirmative, pro territoriis huic S. Congregationi subiectis et in casibus necessitatis, cum scilicet desit ecclesia aut oratorium ubi S. Missa celebrari possit.

Ad secundum: affirmative.

Ad tertium: provisum in primo.

Haec dum Paternitati Tuae refero, Deum O. M. precor...

Responsiones datae clarissimae sunt et nullo indigent commentario, et quodammodo complent et extendunt facultatem contentam articulo quarto facultatum generalium. Cum, vero, haec facultas strictam relationem dicit cum recenti facultate circa antimensium latinum, mihi videtur responsionem datam anno 1945 circa extensionem articuli quarti facultatum generalium, applicari posse etiam facultati utendi, loco altaris portatilis, antimensio latino.

Speciatim.

In fine textus facultatum habentur tres Animadversiones, quae normas practicas continent circa usum facultatum earundem.

I. *Prima animadversio* agit de facultatibus quae subdelegari possunt, scilicet de facultatibus asterisco notatis, quarum muneri expresse indicantur. Haec clausula est certe ad valorem usus. Subdelegatio fieri potest usque ad revocationem vel ad beneplacitum Ordinarii vel ad definitum tempus vel alio modo sed forsan aptius est missionariis subdelegare facultates durante legitimo ministerio in iurisdictione Ordinarii loci. Hoc in casu cessant facultates quando missionarius definitive discedit a territorio. Durante absentia temporaria suspensae manent facultates mere locales vel quae natura sua ad territorium relationem dicunt.

II. Secunda animadversio continet tres clausulas.

a) *Prima clausula,* respiciens valorem usus, praescribit Ordinarium omnibus facultatibus generalibus sive per se sive per alios uti posse intra fines suae iurisdictionis. Usus, ergo, fa-

cultatum non restringitur, ut olim, intra fines sui territorii sed suae iurisdictionis. Qui fines statuuntur canone 201. Praeprimis notandum est facultates respicere sive potestatem ordinis sive potestatem iurisdictionis, unde fines considerandi sunt relate ad utramque potestatem.

Potestas iurisdictionis est iudicialis vel non iudicialis. Facultates hanc potestatem respicientes exerceri possunt directe in solos subditos Ordinarii loci (c. 201 § 1), et indirecte etiam in non subditos, e. gr., in dispensandis impedimentis matrimonialibus. Vagi censentur subditi Ordinarii loci, in quo actu versantur (c. 94 § 2). Peregrini per se non habentur subditi nisi in casibus a iure statutis, v. gr., quoad indulgentias (c. 927), absolutionem a peccatis, (c. 881 § 1), dispensationes matrimoniales, si ibi contrahunt, ratione contractus, mortis, (cfr. c. 1565, 1043, 1044, 1045), quoad abstinentiae et jejunii legem (c. 1245 § 1), quoad dispensationem a votis non reservatis (c. 1313 n. 1).

Quando agitur de potestate iudiciali, tum ordinaria tum delegata, facultates generatim exerceri possunt solum intra limites proprii territorii, exceptis casibus c. 881 § 2 et c. 1637; cum, vero, agitur de potestate non iudiciali seu voluntaria, facultates exerceri possunt in proprium commodum aut extra territorium, sive sit Ordinarius sive subditus extra territorium, nisi aliud ex rerum natura aut ex iure constet.

Si agitur de potestate ordinis, scilicet de potestate benedicendi coronas, cruces, Confirmationis sacramentum administrandi, Missam in navi celebrandi, etc., facultates exerceri possunt pro subditis etiam extra territorium, iuxta Iglesias et Vermeersch; dum e contra Vromant distinguit inter potestatem ordinis quae in personam exercetur, ut concessio Benedictionis Apostolicae (n. 37), et exerceri potest per se erga subditos Ordinarii, etiam extra territorium degentes, non vero erga peregrinos, intra territorium; et potestatem ordinis, quae exercetur in res vel in loca et exerceri potest solum intra limites territorii; sed obiecta semel benedicta vel consecrata ab extraneis adhiberi possunt etiam extra territorium. [26]

b) *Secunda clausula* statuit facultates gratis et sine ulla mercede exercendas: quod est ad liceitatem. Transgressor tenetur ad restitutionem (c. 1056), cum iusto titulo careat. Accipi potest quod sponte omnino datur. Exigi possunt taxae postales, et expensae Cancellariae, si quae sint, ab iis qui pares sunt ad eas

[26] Vromant G., l. c., pp. 15-16.

solvendas. Primum Concilium Sinense (n. 556) et Primum Conc. Indosinense (n. 423) optat ut hae taxae introducantur.

c) *Tertia clausula,* quae etiam respicit solum liceitatem, exigit ut sive Ordinarius sive missionarii in exercendis facultatibus mentionem faciant, oraliter vel melius scriptis, apostolicae delegationis vel subdelegationis ab Ordinario.

III. *Tertia animadversio* agit de tempore, quo vigent aut cessant facultates.

a) *Quando incipiunt valere?* Ex verbis prooemii facultates incipiunt valere a die 1 mensis Januarii anno 1951 et cessabunt die 31 mensis Decembris anno 1960. Haec praxis concordat cum canone 38 et respuit antiquam praxim, secundum quam facultates vigorem habebant a die receptionis. [27]

b) *Quando cessant?* Cessant iuxta normas Codicis, scilicet elapso decennio, aut revocatione intimata; non tamen resoluto iure concedentis i. e. per Apostolicae Sedis aut dioecesis vel quasi-dioecesis vacationem (c. 61); neque evanescunt resoluto iure Ordinarii, cui concessae sunt, etiamsi ipse eas exequi caeperit (c. 66 § 2). Insuper, ut supra diximus, pro omnibus Ordinariis missionum cessabunt die 31 mensis decembris anno 1960.

Cum, vero, hoc anno S. C. de Prop. Fide, renovaverit omnibus suis Ordinariis ad aliud decennium facultates generales, praescripta, quae in tertia animadversione inveninutur circa oblivionem vel inadvertentiam in usu facultatum, fiunt quasi obsoleta.

c) *Prima clausula* haec est: Quod si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra tempus praefinitum, hisce facultatibus Ordinarium, vel eius delegatum, uti contingat, absolutiones, dispensationes, concessiones omnes exinde impertitae, uti ratae et validae habeantur.

Praescriptum complet in foro externo quod statutum est solum pro foro interno a canone 207 § 2 et excludit malam fidem.

d) *Secunda clausula* statuit quod datis ab Ordinario precibus pro renovatione earundem facultatum, ipsae in suo robore perseverare censeantur, usque dum responsum S. C. ad eundem Ordinarium pervenerit.

Hac vice S. C. de Propaganda Fide non expectavit preces Ordinariorum pro renovatione facultatum sed ex officio, illas iam renovavit.

---

[27] Cfr. Collectanea P. F., n. 100 et n. 412; et Notificationem adnexam facultatibus renovatis anno 1941, in Paventi, l. c., p. 15.

Per praescriptum supra relatum, facultates protrahuntur a momento quo Ordinarius dat preces, scilicet subsignat petitionem et illam transmittit vel manu vel per cursum postalem. Nihil refert si facultates iam expiraverint vel non, i. e. si Ordinarius neglexerit preces transmittere bona vel mala fide. Si vero scienter omisit prorogationem petere, elapso tempore certe cessant et protrahuntur tantum a momento transmissionis precum pro renovatione.

Quae clausula respicit tantum Ordinarium et eius usus existere potest una cum usu prioris.

Post renovatas facultates, Ordinarius debet illas renovare suis missionariis? Videtur hoc necessarium, saltem implicite scilicet silentio.

Xaverius Paventi

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM

URBIS ET ORBIS

Edita a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII Apostolica Constitutione *Sacramentum Ordinis* die 30 Novembris anno 1947 (*A. A. S.*, 1948, p. 5), in qua determinatur forma sacramentalis Ordinum: Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus, Sacra Rituum Congregatio, pontificio mandato obsequens, variationes atque addenda in rubricis Pontificalis Romani, necnon rationem qua sacramentales formae sunt typis edendae, ut evidentiores fiant, disposuit, atque mandat ut haec in novis Pontificalis Romani editionibus inserantur; interim vero in folio separato edantur in Episcoporum commodum, ea ratione qua in annexis foliis continetur. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, die 20 Februarii 1950.

+ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Praefectus.*
† A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

VARIATIONES IN RUBRICIS PONTIFICALIS ROMANI

PARS I

Caput II

De Ordinibus conferendis

In Rubricis generalibus, ante collationem Sacrorum Ordinum positis, deleantur hæc verba:

« Moneat ordinandos, quod instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant ».

DE ORDINATIONE DIACONI

Omnia ut in Pontificali Romano usque ad Præfationem.

Prœfatio

Per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sursum corda.
℟. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
℟. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, honórum dator, ordinúmque distribútor, atque officiórum dispósitor, qui in te manens ínnovas ómnia, et cuncta dispónis per verbum, virtútem, sapientiámque tuam, Jesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum, sempitérna providéntia præparas, et síngulis quibúsque tempóribus aptánda dispénsas. Cujus corpus, Ecclésiam vidélicet tuam, cæléstium gratiárum varietáte distínctam, suorúmque connéxam distinctióne membrórum, per legem mirábilem totíus compáginis unítam, in augméntum templi tui créscere, dilatarique largíris: sacri múneris servitútem trinis grádibus ministrórum nómini tuo militáre constítuens; eléctis ab initio Levi fíliis, qui in mysticis operatiónibus domus tuæ fidélibus excúbiis permanéntes, hæreditátem benedictiónis ætérnæ sorte perpétua possidérent. Super hos quoque fámulos tuos, quæsumus Dómine placátus intènde, quos tuis sacris altáribus servitúros in officium Diaconátus supplíciter dedicámus. Et nos quidem tamquam hómines, divíni sensus et summæ ratiónis ignári, horum vitam, quantum póssumus, æstimámus. Te autem Dómine, quæ nobis sunt ignóta non tránseunt, te occúlta non fallunt. Tu cógnitor es secretórum: tu scrutátor es córdium, Tu horum vitam cælésti póteris examináre judício, quo semper praévales, et admíssa purgáre et ea, quæ sunt agénda, concédere.

Hic solus Pontifex, manum dexteram extendens, ponit super caput cuilibet ordinando, dicens cuilibet, sine cantu:

Accipe Spíritum Sanctum, ad robur, et ad resisténdum diábolo, et tentatiónibus ejus. In nómine Dómini.

Postea, extensam tenens manum dexteram, dicit verba formæ sacramentalis, sine cantu:

Emítte in eos, quæsumus, Dómine, Spíritum Sanctum, quo in opus ministérii tui fidéliter exsequéndi septifórmis grátiæ tuæ múnere roboréntur.

Et prosequitur usque in finem Præfationis, extensam tenens manum dexteram (quae extensio non est de valore):

Abúndet in eis totíus forma virtútis, auctóritas modésta, pudor constans, innocéntiæ púritas, et spirituális observántia disciplínæ. In móribus eórum præcépta tua fúlgeant; ut suæ castitátis exémplo imitatiónem sanctam plebs acquírat: et bonum consciéntiæ testimónium præferéntes, in Christo firmi et stábiles persevérent; dignísque succéssibus de inferióri gradu per grátiam tuam cápere potióra mereántur.

Quod sequitur, dicit submissa voce legendo, ita tamen quod a circumstantibus possit audiri.

Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Post hæc Pontifex, sedens cum mitra cuilibet ordinato ante se genuflexo stolam, quam singuli in manu habent, imponit, successive super humerum sinistrum, dicens singulis:

Accipe stolam cándidam, etc...

Cætera quæ sequuntur ut in Pontificali Romano.

DE ORDINATIONE PRESBYTERI

Omnia ut in Pontificali Romano usque ad Præfationem.

Præfatio

Per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sursum corda.
℟. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
℟. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos Tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, honórum áuctor et distribútor ómnium dignitátum; per quem proficiunt univérsa, per quem cuncta firmántur, amplificátis semper in mélius natúræ rationális increméntis, per órdinem cóngrua ratióne dispósitum. Unde et Sacerdotáles gradus, atque offícia Levitárum, Sacraméntis mysticis institúta crevérunt: ut cum Pontífices summos regéndis pópulis præfecísses, ad eórum societátis et óperis adjuméntum, sequéntis órdinis viros et secúndæ dignitátis elígeres. Sic in erémo per septuagínta virórum prudéntium mentes, Móysi spíritum propagásti; quibus ille adiutóribus usus, in pópulo innúmeras multitúdines fácile gubernávit. Sic et Eleázarum et Ithamárum fílios Aaron patérnæ plenitúdinis abundántiam transfudísti; ut ad hóstias salutáres, et frequentióris offícii Sacraménta, ministérium suffíceret Sacerdótum. Hac providéntia, Dómine, Apóstolis Fílii tui Doctóres fídei cómites addidísti, quibus illi orbem totum secúndis prædicatiónibus implevérunt. Quaprópter infirmitáti quoque nostræ, Dómine, quæsumus, hæc adjuménta largíre; qui quanto fragilióres sumus, tanto his plúribus indigémus.

Postea dicit verba formæ sacramentalis. quæ dici debet sine cantu, extensis ante pectus manibus:

Da, quaésumus, omnípotens Pater in hos fámulos tuos presbytérii dignitátem; ínnova in viscéribus eórum spíritum sanctitátis; ut accéptum a te, Deus, secúndi mériti munus obtíneant, censurámque morum exémplo suæ conversatiónis insínuent.

Et prosequitur cum cantu:

Sint próvidi cooperatóres órdinis nostri; elúceat in eis totíus forma justítiæ, ut bonam ratiónem dispensatiónis sibi créditæ redditúri, ætérnæ beatitúdinis præmia consequántur.

Quod sequitur, legat submissa voce, ita tamen quod a circumstantibus audiri possit.

Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit, et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Cætera quæ sequuntur ut in Pontificali Romano, mutatis tamen quibusdam rubricis, ut sequitur:

Intonato Hymno « Veni Creátor » ponatur hæc Rubrica:

Surgit Pontifex, et facit ut in fine Hymni habetur, interim schola prosequitur Hymnum: qui, si propter ordinatorum multitudinem necesse fuerit, repetatur, omisso primo Versu.

In Rubrica posita post Hymnum, loco illorum verborum: «... et singuli ordinandi successive. . » ponantur hæc verba:

«... et singuli ordinati successive... ».

Rubrica posita post manuum unctionem sic immutetur:

« Pontifex producit manu dextera signum crucis super manum ordinati, et prosequitur: »

Et in fine formulæ unctionis ponatur:

« Et quilibet ordinatus respondeat: Amen ».

DE CONSECRATIONE EPISCOPI

Ubicumque in Rubricis occurrunt verba « Episcopi Assistentes » legatur:

« Episcopi Conconsecrantes ».

Immediate ante Præfationem, Rubricæ « Deinde Consecrator et Assistentes Episcopi... » hæc alia substituatur:

Deinde Consecrator ambabus manibus caput Consecrandi tangit, dicens: « Accipe Spíritum Sanctum », *quod successive faciunt Episcopi Consecratores, qui non solum debent utraque manu caput Electi tangere, dicentes:* « Accipe Spíritum Sanctum », *verum etiam, facta opportuno tempore mentis intentio-*

ne conferendi episcopalem consecrationem una simul cum Episcopo Consecratore, orationem quoque « Propitiáre » *recitare cum integra sequenti Præfatione, itemque, universo ritu perdurante, ea omnia submissa voce legere quæ Consecrator legit vel canit, exceptis tamen precibus ad pontificalium indumentorum benedictionem præscriptis, quæ in ipso Consecrationis ritu sunt imponenda.*

Quo facto, Consecrator stans, deposita mitra, dicit:

Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et inclináto super hunc fámulum tuum cornu grátiæ sacerdotális, bene+dictiónis tuæ in eum effúnde virtútem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus:

Deinde extensis manibus ante pectus, dicit:

Per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sursum corda.
℟. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
℟. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, honor ómnium dignitátum, quæ glóriæ tuæ sacris famulántur ordínibus. Deus, qui Móysen fámulum tuum secréti familiáris affátu, inter cétera cæléstis documénta cultúræ, de hábitu quoque induménti sacerdotális instítuens, eléctum Aaron mýstico amíctu vestíri inter sacra jussísti, ut intelligéntiæ sensum de exémplis priórum cáperet secutúra postéritas, ne eruditio doctrínæ tuæ ulli deésset ætáti. Cum et apud véteres reveréntiam ipsa significatiónum spécies obtinéret, et apud nos certióra essent experiménta rerum, quam ænígmata figurárum. Illius namque Sacerdótii anterióris hábitus, nostrae mentis ornátus est, et Pontificálem glóriam non jam nobis honor comméndat véstium, sed splendor animárum. Quia et illa, quæ tunc carnálibus blandiebántur obtútibus, ea pótius

quæ in ipsis erant, intelligénda poscébant. Et idcírco huic fámulo tuo quem ad summi Sacerdótii ministérium elegísti, hanc, quæsumus, Dómine, grátiam largiáris, ut quidquid illa velámina in fulgóre auri, in nitóre gemmárum, et in multímodi óperis varietáte signábant, hoc in ejus móribus actibúsque claréscat.

Postea dicit verba formæ consecrationis episcopalis, quæ dici debent sine cantu, extensis ante pectus manibus:

Comple in sacerdóte tuo ministérii tui summam, et ornaméntis totíus glorificatiónis instrúctum, cæléstis unguénti rore sanctífica.

Si in Curia Romana fit Consecratio, Subdiaconus Apostolicus, vel unus ex Capellanis Pontificis ligat caput Consecrati cum una ex longioribus mappulis de octo superius dictis, et Consecrator, flexis genibus, versus ad altare incipit, cæteris prosequentibus, hymnum:

Veni, Creátor Spíritus,

et dicitur usque ad finem, prout habetur supra in Ordinatione Presbyteri.

Finito primo versu, surgit Pontifex; et sedet in faldistorio ante medium altaris; capit mitram; deponit anulum et chirothecas; resumit anulum, et imponitur ei gremiale a ministris. Tum pollicem suum dexterum intingit in sanctum Chrisma et caput Consecrati coram se genuflexi inungit, formans primo signum crucis per totam coronam, deinde reliquum coronæ liniendo, interim dicens:

Ungátur, et consecrétur caput tuum, cælésti benedictióne, in órdine Pontificáli.

In nómine Pa+tris, et Fi+lii, et Spíritus+Sancti.
℟. Amen.
℣. Pax tibi.
℟. Et cum spíritu tuo.

Et si plures sint consecrati, hoc in persona cujuslibet singulariter repetit.

Expleta unctione, Pontifex pollicem cum medulla panis paululum abstergit; et finito Hymno prædicto, deposita mitra, surgit et in pristina voce prosequitur dicens:

Hoc, Dómine, copióse in caput ejus ínfluat, hoc in oris subjécta decúrrat; hoc in totíus córporis extréma descéndant, ut tui Spíritus virtus et interióra ejus répleat, et exterióra circúmtegat. Abúndet in eo constántia fídei, púritas dilectiónis, sincéritas pacis. Sint speciósi múnere tuo pedes ejus ad evangelizándum pacem, ad evangelizándum bona tua. Da ei, Dómine, ministérium reconciliatiónis in verbo, et in factis, in virtúte signórum et prodigiórum. Sit sermo ejus, et prædicátio, non in persuasibílibus humánæ sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne spíritus et virtútis. Da ei, Dómine, claves regni cælórum, ut utátur, non gloriétur potestáte, quam tríbuis in ædificatiónem, non in destructiónem. Quodcúmque ligáverit super terram, sit ligátum et in cælis, et quodcúmque sólverit super terram, sit solútum et in cælis. Quorum retinuérit peccáta, retenta sint, et quorum remíserit tu remíttas. Qui maledíxerit ei, sit ille maledíctus, et qui benedíxerit ei, benedictiónibus repleátur. Sit fidélis servus, et prudens quem constítuas tu, Dómine, super famíliam tuam, ut det illis cibum in témpore opportúno, et exhíbeat omnem hóminem perféctum. Sit sollicitúdine ímpiger, sit spíritu fervens, oderit supérbiam, humilitátem ac veritátem díligat, neque eam umquam déserat, aut láudibus aut timóre superátus. Non ponat lucem ténebras, nec ténebras lucem: non dicat malum bonum, nec bonum malum. Sit sapiéntibus et insipiéntibus débitor; ut fructum de profféctu ómnium consequátur. Tríbuas ei, Dómine, cáthedram episcopálem, ad regéndam Ecclésiam tuam, et plebem sibi commíssam. Sis ei auctóritas, sis ei potéstas, sis ei fírmitas. Multíplica super eum bene+dictiónem et grátiam tuam: ut ad exorándam semper misericórdiam tuam tuo múnere idóneus et tua grátia possit esse devótus.

Deinde submissa voce dicit legendo, ita quod a circumstantibus audiri possit:

Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Post hæc Consecrator inchoat, schola prosequente, Antiphonam: Unguéntum in cápite etc...

Incepta Antiphona ante Psalmum, imponitur ad collum Consecrati alia ex longioribus mappulis, de octo supradictis. Consecrator sedet; accipit mitram; et Consecrato ante ipsum genuflexo inungit ambas manus simul junctas cum Chrismate in modum crucis, producendo cum pollice suo dextero intincto duas lineas; videlicet a pollice dexteræ manus usque ad indicem sinistræ, et a pollice sinistræ usque ad indicem dexteræ; et mox inungat totaliter palmas Consecrati, dicens:

Ungántur manus istæ de óleo sanctificáto, et Chrísmate sanctificatiónis, sicut unxit Sámuel David Regem et Prophétam, ita ungántur, et consecrénteur.

Et producens manu dextera ter signum crucis super manus Consecrati, dicit:

In nómine Dei Pa+tris, et Fí+lii, et Spíritus+Sancti, faciéntes...

Cetera quæ sequuntur ut in Pontificali Romano.

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

INSTRUCTIO

AD EXC.MOS ORDINARIOS LOCORUM ET SUPREMOS RELIGIONUM MODERATORES, REV.MOS SEMINARIORUM RECTORES ET SACRAE SCRIPTURAE LECTORES: DE SCRIPTURA SACRA IN CLERICORUM SEMINARIIS ET RELIGIOSORUM COLLEGIIS RECTE DOCENDA.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XII, Summus Pontifex feliciter regnans, ut quinquagesimum post editas encyclicas litteras *Providentissimus Deus* digne recoleret exeuntem annum, litteras item encyclicas *Divino afflante Spiritu* d. d. 30 septembris 1943 edidit. Postquam Summus Pontifex luculenter demonstravit, quid Praedecessores sui his decem lustris ad studia biblica promovenda naviter fecerint, omnes tam praesules quam fideles graviter monuit, quantum eadem in Ecclesia valeant, quaque ratione providendum sit, ut et ipsa haec studia prospere proficiant et ad regnum Dei inter homines dilatandum efficaciter iuvent, itemque sapienter statuit et praecepit qua via et ratione essent in dies magis colenda et perficienda.

Ut quae Summus Pontifex commendata et sancita voluit, summa cura et fidelitate ad effectum perducantur, Pontificia Commissio de Re Biblica opportunum censuit eadem proprio modo applicare ad disciplinas biblicas in Clericorum Seminariis ac Religiosorum Collegiis docendas, in quibus tradi nequeunt illa amplitudine qua in Facultatibus theologicis et Institutis peculiaribus proponuntur. In his enim illi formantur magistri quorum erit et futuros sacerdotes scientia sacra instituere et illas ipsas disciplinas profundius investigare, quae formatio propria erit paucorum. In Clericorum autem Seminariis et Religiosorum Collegiis ii parantur qui futuri sunt sacerdotes et gregis dominici pastores quorumque erit populum catholicum veritates fidei docere ac divinam revelationem contra incredulorum impetus tueri.

Non raro proximis decenniis Summi Pontifices disertis verbis inculcarunt, quanta cum cura Locorum Ordinarii et Supre-

mi Religionum Moderatores tam exhortatione quam auctoritate providere teneantur, ut in Clericorum Seminariis et Collegiis Religiosorum Sacrae Scripturae studia « iusto in honore consistant vigeantque » [1], ut Leo XIII imm. m. scripsit, ibique Divinae Litterae ita tradantur, « quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae et temporum necessitas admonent » [2].

Nuper vero Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XII felic. regn., decessorum admonitiones complectens suaque auctoritate confirmans, graviter monuit a sacerdotibus in cura animarum constitutis Libros Sacros neutiquam recte et cum fructu exponi et illustrari posse, « nisi ipsimet, dum in Seminariis commorati sunt, Sacrae Scripturae actuosum ac perennem imbiberint amorem. Quare sacrorum Antistites, quibus Seminariorum suorum paterna incumbit cura, diligenter vigilent, ut in hac quoque re nihil omittatur, quod ad eiusmodi finem assequendum iuvare possit » [3].

At illo tempore quo tot nationes calamitatum et ruinarum pondere opprimebantur, Ordinarii quoque locorum et Seminariorum Rectores, cotidianis vitae et incolumitatis curis distenti, huic negotio fortasse minus efficaciter operam dare potuerunt quam rei gravitas atque momentum postulant. Verum nunc, silentibus iam armis, haec Summorum Pontificum monita ac iussa in memoriam redigenda ac denuo inculcanda videntur, ut sollerti Moderatorum cura ac diligenti magistrorum opera futurorum sacerdotum de Sacris Libris institutio fervide instauretur ac promoveatur, quo efficacius fideles ad saluberrimos vitae christianae fontes reducantur mundusque tam dire afflictus denuo imbuatur ac perfundatur doctrina Christi qui, ipseque unus, fons est libertatis, caritatis, pacis.

I. De Magistro rei biblicae

Ad studia biblica in Clericorum Seminariis et Collegiis Religiosorum rite instauranda et promovenda potissimum opus est magistri qui ad hanc disciplinam omnibus aliis sanctiorem et sublimiorem rite docendam omni ex parte sint idonei.

---

[1] Litt. encycl. *Providentissimus; Ench. Bibl.* n. 118.

[2] *Ibidem* n. 88; cfr. etiam n. 99; Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica*, d. d. 27 martii 1906; *Ench. Bibl.* n. 155.

[3] Litt. encycl. *Divino afflante Spiritu; A. A. S.*, 35 (1943), p. 321.

1. Vix opus est monere S. Scripturae magistrum debere, inter ceteros, vita et virtute sacerdotali excellere, immo etiam plus ceteris, cum Verbi Dei intima cotidie fruatur familiaritate.

2. Praeterea autem debita oportet instructus sit rerum biblicarum scientia quam serio studio comparaverit et continuo labore conservet et augeat [4].

a) De doctrinae rite comparatae copia et indole ut certius constare possit, id quod Pius XI s. m. sapienter statuit, hodie quoque ratum atque validum habetur, ne quis Sacrarum Litterarum in Seminariis magister sit, « nisi confecto peculiari eiusdem disciplinae curriculo, gradus academicos apud Commissionem Biblicam vel Institutum Biblicum adeptus legitime sit » [5].

b) Sed cum huius disciplinae ambitus tantus sit, ut paucorum annorum spatio obtineri quidem possit generalis eius conspectus, discendi et docendi ratio, aliquarum gravium quaestionum cognitio, reliqua autem *ulteriori magistri studio et diligentiae relinqui debeant*, insuper assiduo opus est proprio singulorum labore, quo scientia antea comparata augeatur, perficiatur solideturque, quaestiones quae de novo oriantur, scite examinentur et disputentur, variae disciplinae partes quae clericis tradi debent, altius et profundius investigentur. Ad quod assequendum necesse est libros novos de rebus biblicis editos atque commentaria periodica studiose perlegat, bibliothecas consulat, conventibus rei biblicae provehendae institutis intersit, atque etiam, si condiciones permittant, opportuno tempore iter in Terram Sanctam peragat, quo urbes et regiones cum Sacra Historia conexas propriis oculis conspiciat atque perlustret. Tantus enim scientiae biblicae est ambitus, tot ac tanti fiunt in explanandis Libris Sacris progressus, tot in auxilium vocandae sunt scientiae (nempe linguarum studium, historia, geographia, archaeologia, aliae), ut magister, nisi cotidie se dederit diligenti studio, mox arduo suo officio evadat impar neque ea praestare possit quae sacerdotes ministerio animarum dediti, immo ipsi quoque fideles iure ab eo expostulant.

---

[4] Cfr. Leo XIII, Litt encycl. *Providentissimus; Ench. Bibl.* n. 88.

[5] Motu proprio *Bibliorum scientiam*, 27 aprilis 1924; *Ench. Bibl.* n. 522.

c) His facile patet quantopere necesse sit, ut Sacrae Scripturae magister *totum se dare possit muneri suo,* « ut opus feliciter susceptum, renovatis in dies viribus, omni studio omnique cura exsequi pergat » [6]. Quare ne cogatur ut, praeter Sacrae Scripturae disciplinas, alias graviores in Seminario simul tradat. Disertis enim verbis in Codice Iuris Canonici curandum esse statuitur, « ut saltem *Sacrae Scripturae,* theologiae dogmaticae, theologiae moralis, et historiae ecclesiasticae, totidem habeantur distincti magistri » [7]. Ac ne extra Seminarium quidem aliis gravibus officiis aut ministeriis oneretur, ne illis negotiis, quantumvis sanctis ac laude dignis, impediatur in iis, ad quae rite explenda et tempore indiget et mentis vigore atque animi pace.

II. De ratione docendi res biblicas

Iam quod ad ipsam Sacrae Scripturae in Clericorum Seminariis et Religiosorum Collegiis docendae rationem attinet, imprimis haec in memoriam videntur redigenda.

1. Magistri biblici munus est in alumnis, simul cum debita Sacrorum Librorum cognitione, « *actuosum ac perennem eorundem amorem* » [8] excitare atque fovere. Hac enim institutione in futuris sacerdotibus alatur et in dies augeatur oportet illa erga verbum divinum veneratio, qua per totam vitam in eo inveniant praecipuum mentis cultum et animi occupationem, cordisque solatium ac delectationem.

a) Ad quem finem rite assequendum hodie quoque maxime confert *cotidiana Sacrae Scripturae lectio* quae olim clericis omnibus, tam sacerdotibus saecularibus quam religiosis, cotidianum erat exercitium non minus sacrum quam cotidiana meditatio, quin immo pia haec lectio ipsa eis erat meditatio [9]. Magister igitur discipulis inculcet, ut hanc cotidianam Sacrorum Librorum lectionem magni aestiment eamque humili cum fide et religiosa cum pietate peragant [10]. Eis commendet ut hoc

---

[6] Litt. encycl. *Divino afflante Spiritu,* l. c. p. 324.

[7] *Cod. Iur. Can.* can. 1366 § 3.

[8] Cfr, Pius XII, Litt. encycl, *Divino afflante Spiritu,* l. c. p. 321.

[9] Cfr. *Ios.* I, 8; S. Hier., *In Titum* III, 9; *PL* XXVI, col. 594; (al. 630); *Ep.* 52, 7, 8; *PL* XXII, col. 533 sq. (*CSEL,* vol. LIV, pp. 426, 428),

[10] Cfr *De Imitatione Christi,* I, cap. V.

exercitium adeo utile per totum studiorum tempus constanter ita continuent, ut totam Scripturam *identidem cursim perlegant*, sive versione Vulgata usi sive translatione aliqua recentiore e textu primigenio in linguam vulgarem confecta et a Superioribus ecclesiasticis rite approbata, nisi ipso textu primigenio melius iuventur. Quae Sacrae Scripturae lectio maiore cum fructu peragetur, si discipuli iam inde ab initio curriculi studiorum in Sacris Libris recte legendis scite instituantur et dirigantur proposito etiam brevi singulorum Librorum conspectu seu analysi, quemadmodum in « Introductione speciali » fieri solet [11]. Huiusmodi cotidiana lectione continuata et ordinatim concinneque facta sacerdotii candidati tam ad sacram liturgiam recte intellegendam et digne celebrandam quam ad ipsa studia sacrae theologiae cum fructu agenda egregie parabuntur. Haec autem Sacrae Scripturae cotidiana lectio ne inter feriarum quidem tempus omittatur, sive ab omnibus in commune sive a singulis domi suae peragatur, immo his maioris otii diebus etiam impensius fiat. Fidelitate illa qua magis magisque Sacram Scripturam intime cognoscere et gustare studebunt, clare patebit, quam sincerus sit eorum in Dei verbum amor et quantopere officiis a vocatione sacerdotali sibi impositis satisfacere nitantur.

2. In *ipsis scholis* habendis magister Sacrae Scripturae alumnis suis sollicite omnia ea praebere curet, quibus in futuro opere sacerdotali indigebunt tam ad vitam sancte agendam quam ad animas Deo lucrandas. Quare:

a) Sacra Scriptura in Clericorum Seminariis et Religiosorum Collegiis tradatur adeo scientifice ac solide et complete, ut eam totam et secundum omnes eius partes cognoscant, ut probe sciant quae quaestiones graviores hisce nostris temporibus de singulis libris biblicis agitentur, et quae obiecta et difficultates contra historiam et doctrinam sacram opponi soleant, denique ut in pericopis biblicis populo explicandis validis innitantur scientiae fundamentis.

b) Cum tempus quod docendae Sacrae Scripturae suppetit, plerumque brevius sit quam ut ingens rerum biblicarum materia possit tota tradi, magister prae ceteris graviores

---

[11] Cfr, Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica; Ench. Ribl.* n. 169; Pius XI: *L' Osservatore Romano,* 1 ottobre 1930; cfr. *Ench. Clericorum* n. 1476.

quaestiones prudenter seligere curet, idque ita, ut non sua quaerat studia suasque animi propensiones, sed diligenter ante oculos habeat, quid utilitas postulet alumnorum qui futuri sunt verbi divini praecones. Huic autem utilitati tum tantum rite satisfiet, cum magister clare et perspicue monstraverit, quae sint praecipue *doctrinae* tam in Vetere quam in Novo Testamento a Spiritu Sancto propositae, quae revelationis a primis initiis usque ad Christum Dominum et Apostolos cernatur progressio, quae inter Vetus et Novum Testamentum intercedat ratio atque coniunctio; neque omittat apte ostendere, quanti momenti spiritualis, nostris quoque temporibus, sit Vetus Testamentum. Haec igitur sollerter declarare conetur, ubicumque sive in Introductione generali aut speciali sive in exegesi offeratur opportunitas. Utiliter etiam aptis historiae sacrae et profanae exemplis illustrabit, quanta Deus egerit, ut omnes salvos faceret et ad agnitionem veritatis perduceret [12], et quomodo paterna eius providentia omnia sapienter disposuerit atque direxerit, ut cooperarentur « in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt sancti » [13].

Dubium non est quin supernis his atque religiosis rationibus debito modo explanatis ac demonstratis in alumnorum mentibus profundior quidam Sacrorum Librorum amor maiorque existimatio exoritura sint, quibus faciliora et dulciora reddantur studia etiam magis arida, qualia sunt linguae hebraicae et graecae, quae quidem studia in Seminariis et Collegiis non plane omitti possunt, quin periculm oriatur, ne clerici linguarum ignoratione ab ipsis textibus primigeniis inspiratis arceantur ac ne translationes quidem recentiores recte intellegere et scite iudicare possint [14]. Quae linguarum atque etiam critica studia, etsi in Seminariis et Collegiis summis contineri debent argumentis, hac superna luce illustrata fecundiora et iucundiora reddentur maioresque ad Sacrorum Librorum sensum percipiendum in dies fructus ferent.

In tradenda *Introductione generali*, ceteris quidem quaestionibus non plane omissis, maxime in doctrina inspirationis et veritatis Sacrarum Scripturarum et in legibus interpreta-

---

[12] Cfr. *I Tim.* II, 4.
[13] Cfr. *Rom.* VIII, 28.
[14] Cfr. Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica; Ench. Bibl.* n. 165.

tionis (hermeneutica) immoretur; in *Introductione vero speciali* cum in Vetus tum maxime in Novum Testamentum diligenter de Sacris Libris agat ac dilucide ostendat, quod singulorum sit argumentum, qui finis, a quo auctore sint scripti et quo tempore.[15] Qua in re, vitata omni vana de criticorum opinionibus eruditione quae alumnorum mentes magis perturbet quam excolat, ea potius proponat et nervose demonstret, quibus nostrae aetatis homines spiritalem utilitatem capiant et in quaestionibus et difficultatibus dissolvendis apte iuventur. Ut de omnibus Libris Sacris quantum satis est tractare possit, magister tempore quod ei conceditur, diligenter utatur neque in rebus inutilibus aut minoris ponderis immoretur.

In *exegetica* expositione, magister ne unquam obliviscatur *Ecclesiae* a Deo traditam esse Sacram Scripturam non solum custodiendam, sed etiam interpretandam, eamque non aliter esse explicandam nisi eiusdem Ecclesiae nomine et mente, quippe quae sit « columna et firmamentum veritatis ».[16] Quare « sanctum habebit, numquam a communi doctrina ac traditione Ecclesiae vel minimum discedere: utique vera scientiae huius incrementa, quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commenta negleget ».[17]

In seligendis autem partibus quarum accuratiorem explicationem tradat, ne merae eruditionis rationem habeat, sed ea exponat quibus utriusque Testamenti *doctrina* declaretur ac definiatur, ne, ut ait S. Gregorius, corticem rodat, medullam autem non attingat[18]. Quare Veteris Testamenti *praecipue* explanet doctrinam de generis humani primordiis, vaticinia messianica, Psalmos; in Novo autem interpretando totius vitae Christi Domini ordinate tradat conspectum easque saltem Evangeliorum et Epistularum partes fusius explicet, quae diebus dominicis et festis in ecclesia publice leguntur; praeterea tradat historiam passionis et resurrectionis Domini atque unam ad minimum ex praecipuis epistulis S. Pauli penitus exponat, non omissis ceterarum quoque epistularum iis locis qui ad doctrinam spectant.

---

[15] Cfr. Pius X, Litt. apost. *Qnoniam in re biblica: Ench. Bibl.* n. 159.
[16] *I Tim.* III, 15,
[17] Cfr. Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica; Ench. Bibl.* n. 168.
[18] Cfr. *Moralia* XX, 9; *PL* LXXVI, 149.

Interpretationis autem munere magister ita fungatur, ut primo loco *sensum litteralem* qui dicitur clare et perspicue exponat, in auxilium adhibito, ubi res ferat, ipso quoque textu primigenio. In determinando autem sensu litterali textuum ne via illa incedat quam, pro dolor, hodie non pauci sequuntur exegetae, ut non habeat rationem nisi ipsorum verborum et proximi contextus, sed sedulo antiquas illas normas ante oculos habeat quas Summus Pontifex Pius XII gl. r. in Litteris encyclicis *Divino afflante Spiritu* denuo inculcavit, nempe ut accurate dispiciat exegeta quid Sacra Scriptura in aliis assimilibus locis doceat, quae eiusdem textus sit explicatio apud SS. Patres et in traditione catholica, quid « analogia fidei » postulet, quid demum, si casus fert, ipsum Magisterium Ecclesiae de illo textu statuerit [19]. Quae omnia, ut rite facere possit, egregie versatus sit etiam in sacra theologia, magnoque et sincero sacrae doctrinae imbuatur amore, neque unquam, solis principiis criticis et litterariis innixus, munus suum exegeticum ab universa theologica institutione separet.

Spiritalem quoque verborum significationem, dummodo eam a Deo intendi secundum sapientissimas normas a Summis Pontificibus identidem statutas rite constet [20], debito modo explicare curet. Sensum illum spiritalem a SS. Patribus et magnis interpretibus tanto studio et amore expositum magister eo facilius intelleget eoque religiosius discipulis proponet, quo maiore ipse ornatur cordis puritate, animi excellentia, spiritus humilitate, Dei revelantis reverentia et amore.

Difficultates et obscuritates quae interpreti in Sacrae Scripturae Libris non raro occurrunt, magister ne attenuet aut dissimulet, sed quaestione aeque et honeste exposita, pro viribus, accitis variarum disciplinarum subsidiis, rem enodare conetur. Ne tamen obliviscatur « Deum Sacros quos ipse inspiravit Libros, consulto difficultatibus adspersisse, ut et intentius ad eos evolvendos et perscrutandos excitaremur, et salubriter mentis nostrae limites experti, debita animi demissione exerceremur ». [21]

---

[19] Pius XII, Litt. encycl. *Divino afflante Spiritu ;* l. c. p. 318.

[20] Litt. encycl. *Providentissimus ; Ench. Bibl.* n. 97 ; Litt. encycl. *Spiritus Paraclitus ; Ench. Bibl.* nn. 498 s. ; Litt. encycl. *Divino afflante Spiritu* ; l. c. p. 311.

[21] Pius XII, Litt. encycl. *Divino afflante Spiritu ;* l. c. p. 318.

Omnia haec magister quantum fieri potest, ratione exponat *synthetica* quae dicitur, iis quae praecipua sunt accuratius tractatis, reliquis autem ea amplitudine eoque loco quae eisdem conveniant. Cui arti exponendi inde ab initio solerter operam det in eaque in dies magis perfici studeat, id persuasum habens ab ea fructum et efficaciam docendi magna ex parte pendere.

3. *Quis sit finis, quae indoles* lectionum Sacrae Scripturae quibus Seminariorum et Collegiorum alumni instituantur, eo definitur quod illae non ad formandos « specialistas » quos dicunt, diriguntur, sed ad futuros sacerdotes et apostolos parandos. Sacerdotum autem formatio, quamvis ab universis vitae et ordinis Seminarii vel Collegii condicionibus pendeat, haud dubie rei biblicae studio et cognitione peculiariter iuvatur. His enim lectionibus potissimum obtinendum est, ut futuri sacerdotes intellegant sibique persuadeant Sacros Libros tam ad fovendam suam ipsorum propriam vitam sacerdotalem quam ad munera sacerdotalia cum fructu peragenda plurimum conferre. Quapropter magister alumnis suis, nequaquam contentus, ut rerum biblicarum notitias et cognitiones utiles et necessarias tradat, data occasione id quoque naviter ipsis ostendat, quomodo Sacrarum Scripturarum solida cognitione, assidua lectione, pia meditatione vitae propriae sacerdotalis sanctitatem alere, firmare, promovere [22] ministeriumque apostolicum, maxime sacrae concionis et institutionis catecheticae, fecundum reddere possint. [23]

III. Consilia et normae

Studia igitur biblica, cum ad pietatem sacerdotalem et muneris apostolici fructum tantopere valeant, summa diligentia esse peragenda et promovenda, nemo sane est quin videat, ideoque valde dolendum est eadem non semper in debito haberi honore, sed non raro aliarum disciplinarum studio indigne postponi, immo interdum perperam neglegi. Quare haec Pontificia Commissio de Re Biblica, variis ex diversis orbis partibus

---

[22] Cfr. S. Hier., *Ep.* 130 in fine ; *PL* XXII, col. 1224 [al. 1124] (*CSEL* LVI, p. 201).

[23] Cfr. Leo XIII, Litt. encycl. *Providentissimus ;* Ench. Bibl. n. 72 ; Benedictus XV, Litt. encycl. *Spiritus Paraclitus*, ibid. nn. 496 s. ; Pius XII, Litt. encycl. *Divino afflante Spiritu*, l. c. p. 320 s.

notitiis et votis commota, tam Exc.mis locorum Ordinariis Supremisque Religionum Moderatoribus quam Rev.mis Seminariorum Rectoribus ac rei biblicae Magistris enixe commendanda censuit quae sequuntur.

1. In Seminariorum et Collegiorum *bibliotheca biblica,*[24] praeter Sanctorum Patrum et maiorum interpretum catholicorum commentarios, adsint meliora opera de theologia biblica et de archaeologia et historia sacra, atque etiam encyclopaediae seu lexica biblica atque periodicae de rebus biblicis ephemerides, quae quidem opera singuli magistri varias ob rationes non facile acquirere possunt, suo sane et alumnorum ingenti damno.

2. Pari autem cura ac diligentia Seminariorum et Collegiorum Moderatores provideant, ut *Clericis* quoque, praeter Sacrorum Bibliorum volumen reique biblicae librum manualem quibus singuli instruantur, in propria ipsorum bibliotheca illa praesto sint opera quibus ad lectiones in scholis auditas recolendas et apte complendas melius et efficacius iuvari possint.

3. Magister rei biblicae, ut officio suo laudabiliter satisfacere possint, totus *relinquatur muneri suo* neque alia ei graviora committantur negotia, et tanta cum cura a Superioribus, collatis pecuniae quoque subsidiis aliisque opportunis auxiliis foveatur, ut animo libenti, etiam per totam vitam, in docendi munere perseveret.

Prima enim studii biblici in Seminariis et Collegiis provehendi condicio ea est, ut magistro rei biblicae omnia illa librorum et pecuniae subsidia suppeditentur, quibus et ipse in scientiam progredi et progredientem scientiam suam facere, conventibus studiorum causa instituendis interesse, data opportuna occasione Terram Sanctam invisere, laborum suorum fructus typis edere possit.

Consulitur vero ut, ubi maior est alumnorum numerus (immo etiam alibi, ut futuris necessitatibus mature provideatur), duo constituantur Lectores rei biblicae, alter Veteris, alter Novi Testamenti.

4. Magistro rei biblicae, discipulorum progressus studioso, enixe commendatur, ut *selectis alumnis maiore ingenio praeditis* peculiarem tradat cursum liberum, sive linguarum bibli-

---

[24] Cfr. Pius X in Litt. apost. *Quoniam in re biblica; Ench. Bibl.* n. 173.

carum aliarumque quae ad studia Sacrae Scripturae necessariae vel utiles sunt [25] sive theologiae biblicae, historiae, archaeologiae aut cuiusvis alterius disciplinae auxiliaris. Quo in cursu tractare poterit etiam quaestiones peculiares, quae de singulis libris biblicis hodie magis agitantur quasque ipse sive proprio studio sive commentationum lectione accuratius investigaverit.

5. Magistro rei biblicae itidem suadetur, ut *melioris spei alumnos* qui peculiarem erga Sacras Paginas amorem ostendant, cum prudentia et moderatatione, Superiorum consilia secutus, ad studia specialia praeparet, ita tamen, ut alias disciplinas neutiquam neglegant [26]. Quibus opportunitatem praebeat addiscendi linguas etiam recentes ad haec studia magis necessarias eosque ad cognoscenda et legenda instituat opera « de historia utriusque Testamenti, de vita Christi Domini, de Apostolorum, de itineribus et peregrinationibus palaestinensibus » [27]. Probe enim meminerit grave detrimentum pati huiusmodi alumnos, cum sine iusta praeparatione, potissimum litterarum, ad studia specialia peragenda mittantur, sibique persuadeat unum ex praecipuis suis officiis esse, ut Seminario suo, propria experientia usus, optimos praeparet futuros praeceptores quorum opera res biblicae magis magisque colantur et floreant.

6. Cum exiguo illo temporis spatio quod Sacrae Scripturae scholis plerumque assignatur, iis omnibus quae ad Clericorum theologicam et asceticam institutionem et ad rectum Sacrorum Librorum in liturgia ac contione usum docendum requiruntur, debito modo satisfieri vix possit, valde laudatur et enixe commendatur, ut iam ab ineunte altiorum studiorum curriculo, id quod in quorundam Ordinum Collegiis laudabiliter fieri novimus, *compendiaria quaedam tradatur introductio,* qua opportune stimuletur et dirigatur totius Sacrae Scripturae lectio ab alumnis studiorum tempore cursim facienda. Quod si rite factum erit, magister intra quadriennium curriculi theologici in doctrina biblica exponenda diutius immorari poterit.

7. Clerici theologi semel vel bis in anno *homiliam* de pe-

---

[25] Ita etiam Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica; Ench. Bibl.* n. 165.

[26] Cfr. Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica; Ench. Bibl.* nn. 165. 162; Pius XI, Motu proprio *Bibliorum scientiam; Ench. Bibl,* n. 518 s.

[27] Cfr. Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica; Ench. Bibl.* n. 172.

ricopa aliqua biblica componere teneantur quem laborem ipse magister dirigat et diligenter iudicet. Hac ratione alumni, iam inde a principio institutionis theologicae, homilias diebus dominicis et festis habendas congruo studio et pia meditatione parare accurateque scribere addiscent, atque Verbi Dei sensum verum ac proprium populo christiano e suggestu recte, apposite, reverenterque proponere et explanare.

8. Postremo ut studium Scripturae Sacrae etiam peracto theologiae curriculo debita ratione colatur et perficiatur ac deinceps per vitam fideliter continuetur, ad *examina* quae sacerdotes saeculares saltem per triennium, religiosi saltem per quinquennium, expleto studiorum curriculo, ex praescripto Iuris canonici de variis sacrarum scientiarum disciplinis subire tenentur [28], singulis annis etiam quaestiones aliquae graviores de Introductione generali et speciali et de exegesi parandae assignentur. Praeterea in *collactionibus* seu *conferentiis* quae a Clero tam saeculari quam regulari ad normam eiusdem Iuris canonici statis temporibus de re morali et liturgica habendae sunt [29], explicanda proponatur etiam — ut in quibusdam regionibus multa cum laude fit — pericopa aliqua biblica sive Veteris sive Novi Testamenti, quae a magistro rei biblicae Seminarii apte eligatur et ab eodem postea in periodicis commentariis dioeceseos, si casus fert, vel alibi ad rationem scientiae biblicae explicata evulgetur.

Exc.mos Ordinarios et Rev.mos Religionum Moderatores enixe rogamus, ut quae hisce exposuimus, ea qua moventur communis boni cura ac diligentia, ita accipiant et exsequi velint, ut futurorum nostrorum sacerdotum institutio in dies magis perficiatur atque solida illa sacra imbuantur scientia qua iam studii theologici tempore ac dein per totam vitam uti debent, idque non leviter et temere, nec proprio arbitrio et sensu, sed secundum scientiae sacrae normas, secundum Ecclesiae leges et praecepta, secundum genuinae traditionis catholicae regulas, ut Sacri Libri in propria vita spiritali alenda et excolenda eis sint quasi panis cotidianus, lumen et robur, in ministeriis autem apostolicis efficax auxilium quo adiuti quam

---

[28] *Cod. Iur. Can.*, can. 130. 590.
[29] *Ibid.* can. 131. 591.

plurimos ad veritatem, ad timorem et amorem Dei, ad virtutem et sanctitatem perducant. Sane non ignoramus, quot et quantae hodie obstent difficultates, quominus, quae commendavimus, brevi tempore et perfecte compleantur; et certum habemus Ecclesiarum Praesules et Religionum Moderatores animis neutiquam fractis, nulli rei defuturos esse, ut Divinarum Litterarum studium et amor inter Clericos ac sacerdotes omnes novo floreant vigore atque in eorum animis et muneribus uberrimos ferant vitae et gratiae fructus.

Hanc autem Instructionem Ss.mus Dominus Noster Pius PP. XII, in audientia die 13 Maii a. 1950 infrascripto Rev.mo Consultori ab Actis benigne concessa, approbavit et publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 13 Maii a. 1950.

Athanasius Miller, O. S. B., *Consultor ab Actis.*

JURISPRUDENTIA TRIBUNALIUM ECCLESIASTICORUM

SACRA ROMANA ROTA

VERSALIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

PRAELIMINARE AD NOVAM PROPOSITIONEM CAUSAE

(die 28 ianuarii 1950)

Coram R. P. D. Alberto Canestri, Ponente

Cum in causa de qua supra, post duplicem sententiam negativam, pars actrix ulteriorem eiusdem causae propositionem petierit, clarissimus Patronus, ut nova argumenta, exhibuit quasdam responsiones suis quaestionibus a parte conventa sibi extra judicialiter datas, hac eadem adserente non bene pandidisse mentem suam in praecedentibus instantiis. Vinculi Defensor tunc juridicum interrogatorium petens, proposuit invitari Patronum ad articulos exarandos; cui hic respondit, post oblata, nescire quid exquirere a muliere debuerit. Testes novos de re nova, vel non antea declarata, insuper vinculi Defensor petiit. Hinc controversia inter Patronum propugnantem ex traditis a conventa responsionibus haberi sufficiens fundamentum ad nova et in posterum detegenda atque eumdem vinculi Defensorem tenentem insufficientiam productorum ad concutiendas gravissimas oppositas adfirmationes mulieris in anteactis interrogatoriis.

Quibus auditis, cum quaestio dirimenda per memoriale ad hoc reassumatur: num per exhibitas extrajudiciales conventae declarationes ita nova argumenta sufficientia sint aestimanda, ut immediate decernatur admissio ulterioris propositionis causae, aut opportunius sit per diligentius examen conventae caeterarumque probationum, perpendere quo robore sustineantur hucusque allata argumenta. Haec enim sunt quae « praesto » haberi debent.

Itaque:

a) Attento c. 1989 illoque ad quem refertur, 1903, pariterque bene cognita ideoque haud exponenda, interpretatione

saepe data a jurisprudentia, praecipue quoad mitiorem legis applicationem in causis matrimonialibus, prae caeteris de statu personarum: praescripto tamen habendi « praesto », ideo in re, non in spe nova argumenta:

b) Attento gravi judicum officio rigoroso agendi in admittendis novis propositionibus harum causarum cum indulgentia facillime prolabatur in corruptelam juris, uti his temporibus experientia docet, per frequentiores in dies huiusmodi iteratas instantias innixas rationibus ineptis et a mente legislatoris prorsus alienis:

c) Attenta necessitate a quovis excessu continendi has causas exceptionem respicientes contra firmitatem sententiarum ideoque ad normam c. 19 stricte interpretandas, cum indulgentia facile nimia boni publici et salutis animarum praescripta offenderet; durum enim est jam et exprobratum contra sacra tribunalia ex necessariis normis processuum in valde longas moras produci hac de re judicia; et quid dicendum si facile concessa multiplicatione instantiarum, fideles in quorum medelam causae matrimoniales pertractantur, sine fine in incertitudine sui status agitarentur? neque obliviscendum est invaliturum abusum facile iterum iterumque innovandi huiusmodi lites, si amplius cognitus et diffusus evaserit, ansam praebere posse innumeris provocationibus ex vindicta, invidia aliaque ignobili passione veterum copulatorum dissidentium, postquam per declarationem nullitatis alicuius matrimonii, unus a coniugibus meliori sorte ad aliam focum convolaverit; si enim ad rationem boni publici referenda est firmitas primi coniugii, haud minus tuenda manet sanctitas alterius, praecipue quando familia constituta prolesque est sumpta:

In casu:

a) Considerato quod allata a conventa ad emendandas depositiones post tam longum tempus, remota a praescripto c. 1780 1, generatim suspecta sunt; magis vero nunc quando frequentior in dies invalet mos impudenter contradicendi antea testatis, culpando erroris aut negligentiae actuarium, sin ipsum Instructorem:

b) Considerato quod adducta hucusque a Patrono partis actricis, vaga in germine postea evolvenda, agentia interrogatorio judiciali nulla lege praescripto, non tam decretoria ut suadere valeant novam instantiam (cum valde differat libellus

quo bis introducitur de quo in c. 1708 fumum simplicem juris exhibiturus, ex petitione novae propositionis causae quae validissime duplicem praecedentem sententiam impetere debet), nullimode respondeant requisitis a canonibus.

Auditis Patrono et vinculi Defensore.

Decreverunt Patres: « Dilata: cl. Patronus, si « praesto » habet argumenta ad normam cc. 1989, et 1903, eadem exhibeat extrajudicialiter parata.

MELITEN.

NULLITATIS MATRIMONII
PRAELIMINARE AD NOVAM PROPOSITIONEM CAUSAE
(die 6 februarii 1950)

Coram R. P. P. Alberto Canestri, Ponente.

Cum in causa de qua supra, post duplicem sententiam negativam, pars actrix interveniente Promotore justitiae, ulteriorem eiusdem causae propositionem petierit, quaestio de ipsius admissione per praeliminare decernenda venit, rimata argumentorum a Patronis adductorum novitate ac gravitate.

a) Attento c. 1989 revocante c. 1903 ac peculiariter praescripto habendi argumenta ad retractandas huiusmodi causas « *praesto* », ideo in re, non in spe; in exstructione, non in fundamento; in exhibitione petentis, non in instructione Judicis quae nulla lege praecipitur, solidissima probabilitate usque ab initio consistentia, non tenui iuris fumo adducta uti in libello ineundae litis introductorio, cum hic agatur de concutiendis statim duabus conformibus sententiis; — requisita novitate argumentorum, de qua *Noval* (De Processibus 871): « nova..., non antiqua sub specie quod non fuerint rite exhibita aut examinata »; nova seu ante Judicibus non subposita et in probationem adaequate influentia, secus norma deflueret in disceptationes ordinariae appellationis; contra sententias autem non desunt remedia querelae nullitatis aut restitutionis in integro;

b) Attenta necessitate continendi rigorose intra limites

sanae interpretationis praescriptum exceptionem a lege inducens, ideoque stricte ad normam c. 19 applicandum, etsi in bonum publicum et animarum statutum, periculosum pariter in alia bona publica et animarum, uti firmitatem iudiciorum, officium Ecclesiae expediendi quam citius causas praecipue matrimoniales, non relinquendi sortem fidelium in indefinitas fluctuationes circa suum statum; curam ipsius Ecclesiae sicut tuendi stabilitatem primorum coniugiorum, similiter serio sustinendi alia contracta post declarationem nullitatis eorumdem, praecipue si proles procreata est; ceterum ex abusu iam in dies invalescente introducendi petitionem harum novarum instantiarum saepe per oblata inepta argumenta, facile coniicere fas est; notitia diffusa in posterum, odio, invidia aliave ignobili passione dissidentium separatorum coniugum, plura familiarum vincula in tristia fata prolapsura.

In casu:

a) Considerato quod neglecta disceptatio de iure circa novam et expolitam doctrinam Patronorum ex parte iudicum adhaerentium veteri iurisprudentiae, non constituit novum argumentum ad instituendam post duplicem conformem, subsequentem instantiam, imo nec motivum provocandi ad caetera remedia.

b) Considerato quod in tam magna congerie mendaciorum et contradictionum quae comulata sunt in praecedentibus instantiis et adnotata in sententiis adductio novorum testium magna eget cautela ad removendas obvias suspiciones fraudum ad favorabilem sententiam obtinendam, eo vel magis quod actor per suppositam conversionem, intemperantes sibi commendationes conciliare valuit, quae in ministerio iustitiae semper nocent;

c) Considerato quod valor testium in similibus quaestionibus non tantum in eorum scientia ac probitate, sed et in iis quae referenda habent, consistit;

Auditis Patronis, Promotore justitiae ac Vinculi Defensore;

Decreverunt Patres: « Exponant plene Patroni extra judicialiter argumenta ad normam c. 1989, si nova et gravia praesto habent ».

TRIBUNAL ROTAE
NUNTIATURAE APOSTOLICAE MATRITI

NULLITATIS MATRIMONII

EX CAPITE EXCLUSIONIS BONI PROLIS AC SACRAMENTI

diei 14 octobris 1949.

1. - *Species facti.* - Anno 1930 vertente, N. N. octavum supra vicesimum aetatis suae annum agens, et N. N., viginti annos nata, X. uterque incolae, obvios cum sese habuerint amatorias relationes more sponsorum inter se inierunt. Aliquot vero exinde mensibus elapsis, quibus normalem conversationem fovere ipsi pergebant, sponsa devias mente conceptas ideas suis in colloquiis manifestare iam coepit tum circa mulieris erga virum debitam subiectionem, quam ipsa reiiciebat, contendens scilicet utrumque iuribus esse pares in coniugali consortio, tum circa coniugii indissolubilitatem, quam abiiciendam esse dictitabat, tum circa prolem, quam vel etiam matrimonii abusu vitandam esse aiebat, ne coniugibus praepediretur ab invicem discedere, si forsan nuptiae infelicem haberent exitum. Pessimas eiusdem ideas de matrimonii Sacramento mulier ostentasset, quoniam, uti fertur, inmoderata semper usa legendi licentia, illas apprehendisset, et praeterea in suorum progenitorum matrimoniali convictu, propter patris in matrem graves diuturnasque saevitias, valde infelicem exitum vidisset, a quo ipsamet nuptura sese praecavere voluisset. Hisce autem pravis sponsae ideis et loquelis cum sponsus minime acquieverit, relationes amatoriae inter eos interruptae fuerunt, per duos circiter menses, quibus sponsa, a X. absens, M. apud sororem suam mansit, nonnullis licet litteris interim a sponsis mutue missis, in sua tamen unoquoque sententia perseverantibus. Sed sponsae in X. dein regressae sponsus amore, ut erat erga illam nihilominus aestuans, amatorias relationes restaurandas obtulit, illaque acceptante morem eidem iam ipse gerebat in iis quae illa ostentare perrexit relate ad coniugalem societatem, licet spem ipsemet foveret illam tandem adducendi ad pravum eius animum mutandum.

Sub istis auspiciis, die 27 septembris 1931, sacrum iugale foedus tandem initum fuit in privatis sponsi parentum aedibus, prop-

terea quod, mane illius diei nuptiis celebrandis destinati, sponsi pater, qui graviter aegrotabat adeo ut mane diei insequentis e vivis decesserit, noluit caeremoniam differri.

Quam vero sponsus spem foverat uxorem suam adducendi ad coniugalia officia recte implenda fefellit eventus, illa namque, in prava sua voluntate perseverans, filios procreare omnino semper detrectavit, adeo ut nonnisi onanisticas copulas umquam admiserit. Quod si in coniugalis vitae primordiis maritus, uxoris placitis morem gerens, cautelas ipse sponte adhibebat generationem impedientes, postea vero, cum filios procreare ipsemet desideraret, uxorem suam ad rectum matrimonii usum adigere tentavit; incassum tamen, quippe uxor inflexibilem semper sese habuit in prole devitanda, adeo ut vir pravis istis uxoris placitis tandem aliquando accederet.

Hisce in adiunctis cum adeo sub eodem tecto protraheretur coniugum cohabitatio, quae quidem usque ad dimidiatum circiter annum 1942 perduraverit, sexuali licet relatione ab aliquo iam ante tempore inter illos penitus abrupta, sub die 17 augusti 1938, maritus, uxore consentiente, Tribunali ecclesiastico X. libellum porrexit, expostulans declarationem nullitatis sui matrimonii ob exclusionem indissolubilitatis et prolis ex parte uxoris.

Instaurato igitur processu, et citatis partibus necnon Vinculi Defensore ad litem contestandam, in sessione diei 7 septembris 1940 uxor petitionibus viri omnino acquievit; verumtamen Defensore Vinculi novum sibi postulante terminum ad contestandum, die 20 eiusdem mensis eum in scopum noviter indicta est, omnibus pro citatis se habentibus in illam diem, qua tandem, Defensore vinculi sese opponente petitioni actoris, concordatum inter ipsos fuit dubium, iudice adprobante, absente vero uxore conventa, cui nec dubium concordatum, nec ulla ulteriora acta, nec quidem ipsamet sententia prolata iam amplius notificata fuerunt, exceptis quidem citationibus eidem intimatis pro iteratis depositionibus, quas legitime coram iudice ipsa praestitit.

Quaestiones incidentales.

Processus, autem evolutio, ob promotas incidentales quaestiones, sat longas moras passus est. Et imprimis, probationibus iam expletis, S. Congregatio de Sacramentis, certior facta, per modulum statisticum de causis matrimonialibus a Tribunali X. missum, praesentem causam ex defectu consensus in praedicta Curia agitari, ad Rvdmum. D. Episcopum eiusdem dioecesis sub die 28 martii 1939 litteras misit, in quibus legitur: « Attenta natura dictae causae... *eius tractatione interim suspensa,* libellum

introductivum S. huic Dicasterio mittas ». Hisce autem litteris executioni mandatis, eadem S. Congregatio die 24 februarii 1940 rescripsit: « Attentis normis art. 35-39 Instructionis Nostrae diei 15 augusti 1936, concludendum videtur virum in casu *inhabilem* exstare ad suum accusandum matrimonium, eo quod assertas exclusiones vel conditiones contra matrimonii bona suae uxoris ante nuptias non modo cognovit, sed et iisdem, licet forsan solummodo externe, participavit. Ipse proinde dicendus concausa saltem culpabilis praesentis matrimonii nullitatis, proindeque nihil contra factum proprium agere posse »; licet salva tamen in iisdem litteris fieret eventualis accusatio matrimonii a Promotore Iustitiae instituenda, si quidem Ordinarii iudicio ita procederet ad normam art. 38, § 2, praefatae Instructionis, « dummodo imprimis certum sit quod ex processu ipso et ex eventuali sententia affirmativa nulla prorsus admiratio nec ullum scandalum inter fideles infidelesque sint oritura ». Quibus actori communicatis, opportunas ipse exhibuit allegationes pro ipsius habilitate demonstrada. Tunc praefata S. Congregatio, die 21 octobris 1940, iterum rescripsit: « Attentis noviter deductis... S. haec Congregatio vetare non intendit quominus dicta causa rite procedat et definiatur, omnibus de iure servando adamussim servatis ». Vi huius rescripti Tribunal X. actorem habilem habuit ad suum matrimonium accusandum, quare et decrevit causam ad ulteriora progredi. Publicatis igitur probationibus, iisque completis novo uxoris conventae examine ad instantiam Defensoris vinculi et iuxta interrogatoria ab eo exhibita, causaque demum conclusa et ad iuris tramitem discussa, Collegiale Tribunal X. in conventu diei 9 ianuarii 1942 actoris libellum tandem reiecit, sequentibus suae reiectionis rationibus adductis, quod scilicet, iuxta asserta ab ipso actore tum in libello introductorio causae tum in iudiciali eius confessione, ipsemet « conocía con anterioridad a la celebración de su matrimonio con Doña N. N. el firme propósito de ésta de no contraer otra relación que la de una unión amistosa, rescindible o soluble a voluntad, a condición de no tener descendencia..., sabía que este criterio de su esposa anulaba el matrimonio y, ello no obstante, se prestó a la celebración del mismo, siendo él concausa consciente y culpable de la nulidad del acto, aunque él declare que su consentimiento a dicho matrimonio fué prestado sin reservas ». unde Tribunal arguit actorem inhabilitate affici matrimonium accusandi in casu, iuxta praescriptum canonis 1971, § 1, n. 1. Hanc vero decisionem, ab actore legitime appellatam, Tribunal Metropolitanum Y. sententia diei 8 martii 1943 infirmavit, pronuntiata eiusdem actoris habilitate ad accusandum, eo quod ipse haud probetur causa directa et dolosa

nullitatis matrimonii, uti ex resp. Commis. Pontif. diei 27 iulii 1942 requiritur ad talem inhabilitatem incurrendam.

Sed et altera eaque gravis quaestio a Tribunali Metropolitano Y. in praefata sua decisione obiter mota est, circa legitimitatem scilicet constitutionis Tribunalis Collegialis X. in casu, cum ex actis constaret iudicum deputationem factam fuisse a Vicario Generali, minime vero in actis expressam fieri mentionem de speciali mandato Episcopi pro illius deputationis legitimitate requisito, iuxta resp. Commiss. diei 28 iulii 1932. Equidem Tribunal Y. speciale istud Episcopi mandatum exstitisse ex eo praesumendum concludit, quod postea in processus decursu ipsemet Episcopus uni ex collegialibus iudicibus alium subrogavit, quin de antecedenti collegii constitutione quidquam referret, quod a Tribunali Y. sufficiens habitum fuit indicium priorem illam collegii constitutionem a Vicario Generali nonnisi de speciali Episcopi mandato factam fuisse, licet de mandato isto expressa mentio in actis non fiat. Attamen quod Tribunal Y. ita benigne praesumpsit, id veritati haud respondere pronuntiatum dein fuit a Tribunali X. in decreto diei 6 maii 1943, quo collegiales iudices suam in casu incompetentiam idcirco declarantes, statuerunt rem Episcopo deferre; Episcopus autem, illegitimitatem prioris constitutionis collegii agnoscens, illud iam legitime constituit per decretum diei 26 iunii, iisdem quidem designatis iudicibus, qui ita in causa procederent, ut « dando ya por contestado el dubium y por cumplido el canon 1965... practiquen nuevamente la prueba, oyendo a los testigos y sometiéndolos al nuevo examen que el Tribunal crea necesario y pertinente y prosiga la tramitación hasta dictar sentencia definitiva ». Hisce ergo circumscriptum limitibus Tribunal, post legitimam suam constitutionem, et partes et testes novo examini subiecit, uno excepto teste D. E. B., qui denuo comparere renuit; quare Tribunal a novo eius examine abstinendum eiusdemque priori depositioni standum decrevit, quin nec actor nec vinculi Defensor, quibus ista decisio notificata fuit, quidquam opposuerint.

Verumtamen in probationibus noviter explendis omnino desideratur necessarius interventus Defensoris vinculi, qui quidem cognita per notificationem ipsi factam diei 2 iulii 1943 decisione Tribunalis testes noviter examinandi, et die 3 eiusdem mensis oretenus citatus ad interessendum subsequenti die 5 examini testis C. A. C., sub die 3 praedicti mensis scriptum Tribunali porrexit, in quo ita legitur: « No siéndome posible asistir a esta declaración ni a las que se seguirán, renuncio al examen de éste y de los demás testigos y de las partes, pudiendo por consiguiente el Tribunal obrar en completa libertad ». Et re quidem vera nec Tri-

bunal iam amplius citavit vinculi Defensorem pro partium et testium examine, nec ipse unquam iam interfuit probationibus explendis, nisi excipiatur et notificata ipsi praedicta Tribunalis decisio praescindendi a novo examine testis Dni. E. B. eiusque priori depositioni standi, cui notificationi nihil ipse respondit, et eidem intimata citatio pro Tribunalis conventu, quo decretum fuit litteras rogatorias ad Tribunal B. mitti pro novo examine testis R. B., cui citationi, cuius intimationis nec expressa habetur adnotatio in actis, idem Defensor vinculi ita in scriptis respondit: « Imposibilitado de asistir personalmente a la sesión del Tribunal, de hoy 14 de septiembre, manifiesta a los Sres Jueces que le parece bien el interrogatorio propuesto para Dña M. R. B., residente en B., y que no tiene nuevas preguntas que añadir a dicho interrogatorio ».

* * *

Probationibus autem ita expletis, iisque per decretum diei 25 octobris 1943 publicatis, altero decreto diei 19 novembris, actori quidem necnon Defensori vinculi notificato, causa conclusa est, eaque ad iuris tramites discussa, denique Tribunal in conventu diei 17 aprilis 1944 sententiam tulit actori adversam, quae, sub die 20 maii redacta et a Iudicibus et Notario subscripta, notificata dein fuit Defensori vinculi die 10 novembris, actori autem die 12 decembris, nulla tamen eiusdem notificatione facta uxori conventae. Tribunal autem secundae instantiae Y., ad quod actor legitime appellavit, uxore conventa haud citata propterea quod ipsa « in prima instantia actoris petitioni acquieverit », licet utique eidem per tabellarios publicos cum syngrapha receptionis nota fecerit iudicum aliorumque Tribunalis ministrorum nomina, sententiam illam inferioris gradus in conventu diei 22 maii 1947 infirmavit, atque hoc in sensu tandem sub die 26 iunii sententia redacta et a Iudicibus necnon a Notario subscripta, notificata dein fuit actori, necnon vinculi Defensori, et per tabellarios publicos etiam uxori conventae. Ab hac tamen sententia Defensor vinculi Y. legitime appellavit ad Nostrum Tribunal Rotae Nuntiaturae Apostolicae, ubi suppletiva instructione a Nostro Auditorio rite peracta, tandem causa in tertia instantia Nobis definienda est sub sequenti formula dubiorum concordata: « *An sententia Tribunalis Metropolitani Y. diei 26 iunii 1947 confirmanda vel infirmanda sit, seu an constet de matrimonii nullitate, in casu* ».

2. - *De quibusdam defectibus processualibus.* - Antequam vero ad causae meritum diiudicandum gressus fiat, nonnulla prae-

mittere oportet circa sat plures vereque graves defectus processuales in priori et in altera instantia commissos, ne videamur silentio illos adprobare, atque ut Tribunalia inferiora adigantur, quantum Nobis fas est, ad huiusmodi matrimoniales causas, gravissimas inter graviores, recte tractandas; quin tamen ulla ex actis colligatur a Nobis nunc pronuncianda nullitas sententiarum in inferioribus gradibus prolatarum, in quo infrascripti Auditores de turno deferendum non esse edixerunt, uti ex dicendis patebit, contrario voto Defensoris vinculi, cuius nec aceptanda est petitio interventus Promotoris Iustitiae, idque ne morae amplius nectantur causae definitioni, cum aliunde in huiusmodi matrimonialibus causis, in quibus Defensor vinculi necessario intervenire debet, ipsius etiam sit « publicum interesse in quaestionibus processualibus tueri » (v. Roberti, *De Process.*, vol. I, n. 123), quod et in praesenti casu a clarissimo Nostro vinculi Defensore satis et amplius factum fuit.

Imprimis igitur ille Nobis ocurrit initialis defectus constitutionis Tribunalis Collegialis primae instantiae per decretum Vicarii Generalis absque speciali Episcopi mandato, qui quidem defectus insanabilem induxisset sententiae nullitatem, iuxta canonem 1892, 1°; ast Collegio dein ab ipso Rvdmo. Episcopo legitime constituto, actisque renovatis, sententia primi gradus nulla ex isto capite dici nequit. Neque ex omissa renovatione actus contestationis litis iudicii aut sententiae nullitas derivari potest, cum nec iure naturali nec iure positivo (can. 1726-1728) formalis contestatio litis sub sanctione nullitatis requiratur, extantibus quidem ad substantiam iudicii actoris petitione et vinculi Defensoris contradictione (cfr. S. R. R. *Decis. diei 8 februarii 1936, n. 6-7*). Aliunde bene adnotandum est quod defectus requisiti numeri iudicum in Tribunali Collegiali ordinario haud necessario importat nullitatem omnium et singulorum actuum iudicialium exstante illo defectu positorum, cum, uti bene notat Wernz-Vidal (*De Process.* n. 621), « numerus iudicum sit absolute requisitus pro sententia pronuntianda, at plerique actus iudiciales non ponuntur a Collegio vel penes Collegium iudicum, sed apud Ponentem vel Instructorem » (v. etiam Muniz, *Proced. ecles.*, vol. III, n. 502).

Alter habetur defectus in modo agendi Tribunalis primae instantiae, actorem ad matrimonium accusandum nimis facile admittentis, nulla de eius habilitate inquisitionis praemissa, cuius saltem in actis nulla fit mentio, cum tamen vel ex ipso tenore libelli introductorii causae, graves iam aderant rationes dubitandi an ille habilis esset necne ad accusationem instituendam; quare et ipsi Tribunali tandem aliquando imputanda esset inutilitas actorum usque ad periodum definitionis causae progredientium, ut demum

idem actor ab accusando reiiceretur ab ipsomet Tribunali, cuius tamen eiusmodi decisio infirmata dein fuit sententia Tribunalis secundae instantiae Y. Praemissa quidem non fuisset a Tribunali X. inquisitio illa, quae, iuxta canonem 1971 et Instructionem S. C. Sacramentorum diei 15 augusti 1936, art. 35-39, praemittenda minime erat, atque omnia recto ordine processissent, absque partium praeiudicio, neque tam longae morae interiectae fuissent, propter eiusdem S. Congregationis interventum, quo ceterum neque exemptio fiebat a praefata inquisitione peragenda, cum S. Congregatio aperte non edixerit coniugis habilitatem ad accusandum, sed hoc unum tandem rescripserit: « vetare non intendit quominus dicta causa rite procedat et definiatur, *omnibus de iure servando adamussim servatis* », quae inter abs dubio illa erat inquisitio praemittenda, cuius necessitas vel in altero eiusdem S. Congregationis praecedenti rescripto iam satis aperte iniungebatur. Sed neque ex isto defectu, quamtumvis non adprobando, subsequutus processus aut sententia vitiantur, praeter quod namque infrascripti Auditores, exstante praesertim respons. Commis. Pontif. diei 27 iulii 1942, edita ergo dum causa adhuc apud Tribunal X. pendebat nec sententia fuerat prolata, actisque perpensis, actoris habilitatem ad matrimonium accusandum ratam habendam esse dicunt, neque insuper, vel etiam actoris inhabilitate proclamata, idcirco sequeretur eiusdem incapacitas standi in iudicio, ita ut iuxta can. 1892, 2°, sententia lata vitio insanabilis nullitatis laboraret, sed contrarium omnino tenendum iuxta respons. Commis. Pontif. diei 4 ianuarii 1946.

Accedit gravior quaedam legis transgressio eo quod in probationibus renovandis post legitimam collegii constitutionem Defensor vinculi, cui communicatum quidem fuit Tribunalis decretum de renovatione illa peragenda, citatus tamen dein non fuit ad interessendum neque de facto ipse interfuit probationibus noviter explendis, nisi tria excipiantur acta iam supra enumerata. Nunc vero omnia illa, quae, Defensore vinculi absente nec citato, a Tribunali acta fuerunt, in periodo probatoria, nullitatis quidem vitio adolevere, iuxta praescriptum canonis 1587, § 1. — Quodsi Defensor vinculi X. ,citatus quidem ad interessendum examini testis C. S. C., qui primus deposuit, miro illo scripto illico respondit, quo renuntiare dixit « a la asistencia al examen de éste y de los demás testigos y de las partes », addens insuper « pudiendo por consiguiente el Tribunal obrar en completa libertad », hisce quidem dictis vinculi Defensor suum reapse abdicabat munus et officium publicum vere grave pro Sacri Vinculi tutela ipsi collatum, unde et graviter ipse carpendus est, neque tamen Tribunal exemptum

fiebat ab illo citando pro actibus in quibus ipse intervenire debebat, sed potius illum, citandum quidem, adigere debuit ut suum grave officium recte impleret, vel secus de eodem substituendo providere. Eo magis Defensorem vinculi urgebat in casu intervenire, quod interrogatoria pro testibus a parte actrice exhibita minus ad normam canonis 1775 erant concinnata; unde et ab illo pro suis et iure et officio legitime exaranda fuissent. Si igitur testium depositiones, propter defectuosa interrogatoria, eam vim probatoriam haud habeant, quae alias minime illis deneganda esset, de quo ipsemet vinculi Defensor X. in suis animadversionibus conqueritur, id eidem maxime imputandum est. Ast vel ista legis transgressio, in defectu citationis Defensoris Vinculi eiusque illegitima absentia consistens, quamtumvis gravis et actorum nullitatis causa, minime vero secum fert nullitatem sententiae a Tribunali X. latae; ex actorum namque nullitate haud semper et necessario sequitur sententiae nullitas, cuius capita a iure specifice designata in canonibus 1892-1894, haud licet, in re tam odiosa, per analogiam ad alia capita extendere, sed nonnisi uno ex illis capitibus ab ipso iure taxative designatis nullitatis querela adversus sententiam promoveri utiliter potest, uti pluries tenuit S. R. R. (cfr. ex gr. *Decis. diei 5 iulii 1927, n. 6; 3 iulii 1933, n. 2; 22 octobris 1936, n. 2,* etc).

Aliam denique processualem quaestionem examinandam infrascripti Auditores de turno sibi proponunt, illam scilicet quae citationem respicit tum uxoris conventae tum Defensoris vinculi, quatenus partem essentialem habent in iudicio, et quidem tam in prima quam in sequentibus instantiis. Nunc vero, quod primam instantiam spectat, utriusque citatio haud quidem defuit in prima causae tractatione, illegitima exstante Tribunalis Collegialis constitutione non obstante, cum neque a Collegio necessario facienda esset, et legitimo quidem modo ab Officiali uti collegii praeside ac Ponente facta fuerit, nullitatis vitio infecta minime censenda est, iuxta doctrinam canonicam supra expositam. Quamvis igitur post legitimam collegii constitutionem nec citationes illae nec litis contestatio renovatae fuerint, verumtamen sententia X., priori illa citatione exstante, quam validam censemus, haud dicenda esset nulla, sanabili scilicet illa nullitate quae ex defectu legitimae citationis derivatur (can. 1894, n. 1). Sed vel etiam dato et non concesso quod sententia X. ex defectu legitimae et formalis citationis vitio sanabilis nullitatis adolevisset, adhuc animadvertendum est quod, iuxta communem auctorum doctrinam, canonica iurisprudentia firmatam, minime requiritur materialis citationis actus, quo quis ex mandato iudicis vocatur in iudicium iuris experiendi causa, sed sufficit ut reapse pars se sistat coram iudice,

sive ab eo vocata sive etiam spontanee ad iura sua in iudicio prosequenda vel tantum ut examini subiiciatur circa rem controversam, quin citationis defectum vel illegitimitatem opponat; comparitione namque ista coram iudice facta, pars citationis defectum supplere censetur « inutiliter enim citatur qui praesens est et ceteroquin omnes effectus iuridici citationis obtinentur, si pars quacumque demum ex causa coram Tribunali compareat iura sua defensura » (S. R. R. *8 iulii 1919;* cfr. etiam S. R. R. *4 februarii 1932, n. 2;* Lega, *De Iudiciis eccles.*, vol. I, n. 407; Muniz, *Proced. eccles.* vol. III, n. 504; Roberti, *De Process.*, vol. I, n. 288, etc.). Ex actis vero constat uxorem conventam in casu, etiam post legitimam collegii constitutionem, coram Tribunali comparuisse atque de matrimonii sui valore examen subiisse; quare et quilibet citationis defectus sanatus dicendus est; pariterque constat Defensorem Vinculi et vocatum fuisse ad interveniendum in causa, licet nimis negligentem ipse se habuerit in suo munere fungendo, et pro sacri foederis valore animadversionibus exhibitis eundem pugnasse, quod et sufficit, ne sententia ex capite defectus citationis ipsius vitio nullitatis infecta dicatur, nullitate licet exstante actorum, quibus explendis nec citatus nec praesens fuit. Quod si demum sententia definitiva primi gradus uxori conventae haud fuit notificata, in hoc nova quidem exstat iuridica transgressio a Tribunali X. commissa, quoniam ex generali praescripto canonis 1877 sententia *partibus* notificanda est; atque si iuxta art. 204, § 2, Instructionis S. Congregationis Sacramentorum diei 15 augusti 1936, notificatio ista facienda est vel etiam parti contumaci, cui tamen ius non est appellandi (c. 1880, n. 8), quippe alia nihilominus ipsi praesto esse possent remedia iuridica (can. 1847), quae tamen experiri nequiret, si sententiam ignoraret, idem pariter dicendum est de sententiae notificatione facienda parti conventae, quae actricis petitioni acquieverit vel etiam in casu quo pars ipsa conventa, vi respons. Commiss. Pontif. diei 3 maii 1945, ob inhabilitatem ad accusandum et privata dicenda esset iure appellandi adversus sententiam in favorem matrimonii latam, nam vel etiam isto in casu eidem parti alii praesto esse possent extraiudiciales recursus experiendi, iuxta praedictum Commiss. Pontif. responsum. Verum neque ex isto defectu, licet improbando, sententia primi gradus nullitatis vitio infecta dici potest, cum eiusmodi notificatio haud praescribatur a iure sub sanctione nullitatis sententiae. Ceterum pars conventa per sententiam secundi gradus, quae ipsi notificata quidem fuit, notitiam iam habuisse dicenda esset, quo sensu prolata fuerat sententia illa primi gradus, quam et omnino notam demum habuit per actorum exemplar ipsi a Nostro Tribunali tra-

ditum, quin tamen illam sententiam ullo pacto de nullitate impugnaverit.

Quod vero spectat secundam instantiam, expeditissima res est sententiam X. nullitatis vitio adolevisse, vi canonis 1894 1°, cum certo constet in casu omnino defuisse conventae citationem cuius locum minime tenet communicatio eidem facta nominum iudicum aliorumque Tribunalis ministrorum; neque iste citationis defectus subsecutaque sententiae nullitas sanata est conventae comparitione, siquidem in eius absentia tota causa acta est. Quod si Iudices Y. a conventa citanda abstinuerunt, eo quod ipsa « in prima instantia actoris petitioni acquieverit », manifesto quidem errarunt, quoniam in sede appellationis eadem quidem res easdemque inter personas agitur ac in instantia antecedenti, sed novum fit iudicium novaque sententia fertur, unde et requiruntur omnia elementa substantialia cuiusvis iudicii, quae inter abs dubio habetur partis conventae citatio, ne, ipsa inscia atque indefensa, sententia cum ipsius iuris naturalis laesione feratur. Aliunde in canone 1595 iam edicitur: « Tribunalia appellationis eodem modo quo Tribunal primae instantiae constitui debet, et eaedem regulae, accommodatae ad rem, in causae discussione servandae sunt »; et in instructione S. C. Sacramentorum diei 15 augusti 1936, art. 213 expresse cavetur de non omittendis citationibus et dubii concordatione in gradu appellationis. Poterat praeterea uxor conventa in appellatione aliter respondere intentioni actoris ac responderat in prima iudicii sede (cfr. S. R. R. *10 augusti 1929, n. 2; 8 februarii 1936, n. 4*), — Attamen eiusmodi nullitas sententiae Y. per se quidem sanabilis, sanata dicenda est in casu ad normam canonum 1895, 1897, et art. 210-211 citatae instructionis S. C. Sacramentorum propterea quod intra terminum trium mensium a die publicationis sententiae, quae quidem et utrique parti et Defensori vinculi notificata est sub die 20 aprilis 1948, nec a partibus nec ab ipsomet Vinculi Defensore sententia de nullitate ullo pacto impugnata est, nec a Tribunali ex officio retractata et emendata fuit, unde et extincta seu perempta dicenda est actio nullitatis adversus eamdem sententiam (cfr. Wernz-Vidal, *De Process., n. 622. 4°;* Muniz, *Proced. ecles., vol. III, n. 504;* Roberti, *De Process.,. vol. II, n. 489, 4*).

Quibus omnibus praemissis de defectibus processualibus in prima et in altera instantia habitis, sententiarum nihilominus validitate exstante, ad meritum causae, assertam scilicet matrimonii nullitatem diiudicandam, infrascripti Auditores de turno progrediendum iam esse censuerunt.

3. - In Iure. - Causa efficiens matrimonii, quae quidem « nulla humana potestate suppleri valet » (can. 1081, § 1), est nupturientium consensus, qui tamen haud habetur efficax, nisi ea omnia intendat quae ad matrimonii substantiam pertinent, quorum si vel unum tantum positivo voluntatis actu excludatur, matrimonium omnino corruit, quin tamen opus sit ut ea omnia matrimonio substantialia explicito quodam modo a contrahentibus apprehendantur in momento praestationis consensus, sed sufficit ut ii « saltem non ignorent matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem ad filios procreandos », quae ingorantia « post pubertatem non praesumitur » (can. 1082).

4. - Porro matrimonio substantialia in concreto sunt, uti Auctores explicant, tria illa bona, sacramenti scilicet, fidei et prolis, quod et statuitur in canone 1081, § 2, ubi edicitur: « Consensus matrimonialis est actus voluntatis, quo utraque pars tradit et acceptat ius in corpus perpetuum et exclusivum in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem ». Quare invalide certo contrahit non tantum qui matrimonium totaliter simulat, externa scilicet verba proferens consensum exprimentia, interne autem minime consentiens, sed etiam qui positive excludit vel unum tantum ex praefatis matrimonii bonis, in quo partialis, ut aiunt, simulatio habetur, ut si intendit non tradere ius in corpus ad actus per se aptos ad prolis generationem, vel illud ius non tradere exclusive comparti, vel non tradere perpetuo. Hisce omnibus in casibus matrimonialis consensus substantialiter quidem vitiatur et matrimonium nullum est. Ita expresse edicitur in canone 1086, § 2: « At si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum aut omne ius ad coniugalem actum, vel essentialem aliquam matrimonii proprietatem, invalide contrahit ». Sane consensus ita praestitus ut quis matrimonium velit, sed insimul aliquid eidem substantiale excludat seu reiiciat, involvit evidentem contradictionem, qua idem obiectum substantiale simul quis vult et non vult, atque hi duo voluntatis actus positivi et contrarii mutuo se elidunt, ideoque non est matrimonialis consensus efficax. Et quidem ut talis intentio matrimonii substantiae contraria ipsum invalidet, opus non est ut apponatur per veram conditionem vel pactum, sed sufficit ut fiat positivo voluntatis actu vel alterutrius tantum contrahentis, licet hic ignoret sui ipsius intentionis iuridicos effectus et vel intentio ista ignota sit comparti; si enim vel unius tantum contharentis ita deest consensus, deficit mutua traditio et acceptatio, ideoque matrimonium non efficitur (cfr. Wernz, *De Matrim.*, n. 302; Chelodi, *Ius Matrim.*, n. 116; S. R. R. 11 februarii et 31 iulii 1928, n. 2, etc.).

5. - Ad effectum vero matrimonium invalidandi probe secernenda est indissolubilitatis exclusio ab exclusione prolis, de quibus praecise in themate agitur. Etenim cum de intentione indissolubilitati contraria constat, ulterius iam non inquiritur utrum contrahens vere excluserit obligationem ipsam an potius eius executionem; indissolubilitas namque in seipsa jectata absolute pertinet ad matrimonii esse, et unam constituit proprietatem substantialem contractus matrimonialis; intentio igitur huic indissolubilitati contraria, eo ipso contraria est matrimonii substantiae, ita ut matrimonium semper sit invalidum quoties quis non vult illud contrahere perpetuum, seu intentio ista nativo suo pondere pactum matrimoniale ingreditur, ipsumque nullum reddit. E contra, si de bono prolis agitur, distinctionem facere oportet inter ius et iuris usum, quorum primum ad essentiale obiectum matrimonialis contractus pertinet, quo igitur excluso matrimonium esse nequit; alterum vero ad eius essentiam minime pertinet, ideoque et excludi potest, quin tamen matrimonium idcirco vitietur. Notissima quidem est in subiecta materia doctrina D. Thomae, cui et canonistae omnes et constans iurisprudentia canonica adherent: « Fides et proles possunt dupliciter considerari: uno modo in seipsis, et sic pertinent ad usum matrimonii, per quam et proles producitur et pactio coniugalis servatur. Sed indivisibilitas, quam sacramentum importat, pertinet ad ipsum matrimonium secundum se, quia ex hoc ipso quod per pactionem coniugalem sui potestatem sibi invicem in perpetuum coniuges tradunt, sequitur quod separari non possunt et inde est quod matrimonium nunquam invenitur cum separabilitate; invenitur autem sine fide et prole, quia esse rei non dependet ab usu suo... Alio modo possunt considerari fides et proles secundum quod sunt in suis principiis, ut pro prole accipiatur intentio prolis, et pro fide debitum servandi fidem, sine quibus etiam matrimonium esse non potest, quia haec in matrimonio ex ipsa pactione coniugali causantur; ita quod si aliquid contrarium his exprimeretur in consensu, qui matrimonium facit, non esset verum matrimonium » (*Sum. Theol.*, P. III. *Suppl.* q. 49, art. 3).

6. - Sed vel ipsam indissolubilitatem quod spectat, haud semper in praxi concludendum est pro eius vera exclusione ex antenuptialibus sermonibus, quibus aliquando nupturientes futurum indicant divortium, uti viam exeundi ex difficultatibus in vita coniugali forte orituris. In iis namque sermonibus saepe non adest nisi error aut opinio circa matrimonii substantialia vel vagum quoddam propositum ab invicem divertendi, si res non bene succesSerit, quin tamen matrimonialis consensus exinde positivo actu

limitetur, nec in nupturientibus nihilominus deficiat generalis illa intentio contrahendi matrimonium uti a Deo institutum est vel sicut ceteri homines illud generaliter ineunt. Neque coniugii validitati in casu obstat, quod nupturientes illud iniverint, quia solubile idipsum putaverunt, vel eo fuerint animo dispositi, ut eiusdem indissolubilitatem positivo voluntatis actu quidem respuissent, si infelicem eius exitum futurum praevidissent. Non enim habitualis seu interpretativa voluntas, quae in casu tantum haberetur quaeque nihil reapse operatur, sed illa actualis vel saltem virtualis nec revocata, contra vinculi perpetuitatem, vim habet consensum matrimonialem invalidandi, neque error aut opinio illiusmodi, licet dent causam contractui, eum vitiant, exstante expresso praescripto canonis 1084: « Simplex error circa matrimonii unitatem vel indissolubilitatem aut sacramentalem dignitatem, etsi det causam contractui, non vitiat consensum matrimonialem ». Aliud quidem est devias ideas circa coniugii solubilitatem manifestare, deque iis dictitare, quae in intellectu terminantur et habitualem seu interpretativam voluntatem ad summum exprimunt, aliud vero plane diversum elicere positivum voluntatis actum, quo matrimonii indissolubilitas positive reiiciatur; atque hoc altero in casu tantum, quando scilicet matrimonium qua solubile positive intenditur, alias non ineundum, nullitatis vitio ex isto capite illud afficitur, iuxta communem canonistarum doctrinam et canonicam iurisprudentiam (cfr. Wernz, *De Matrim., n. 304;* Gasparri, *De Matr.* ed. *1932, vol. II, n. 806, 807, 825; S. R. R. 29 decembris 1931, n. 3; 14 maii 1937, n. 2; 29 aprilis 1938, n. 3; 16 novembris 1939 n. 2;* etc.).

7. - Maior exstat difficultas diiudicandi in praxi utrum intentio contra bonum prolis ea fuerit, qua matrimonium sit et dicatur nullum, siquidem ex supra dictis haud sufficit probare intentionem illam proli contrariam revera exstitisse, sed praeterea constare debet prolem non tantum in seipsa, sed etiam in sua radice vel principiis, seu non tantum iuris usum et correlativae obligationis implementum, sed ius ipsum et correlativam obligationem exclusam fuisse. Qua in investigatione facienda, cum agatur de re adeo intima, de qua nupturientes palam loqui non solent, quamque subtiliter ad apicem iuris praefinire ne quidem ut plurimum valent, nemo est qui non videat perquam difficile sit plenam probationem attingere. Eoque difficilius probatio ista attingitur, quo matrimonii valori praesumptiones magis favent, tum ea generalis in canone 1014 statuta, qua matrimonium uti validum semper habendum est, donec eius nullitas invicte probetur; tum altera, in subiecta simulationis materia, specialis praesumptio, qua « inter-

nus animi consensus semper praesumitur conformis verbis vel signis in celebrando matrimonio adhibitis » (can. 1086, § 1). Unde et Auctores bene notant et canonica iurisprudentia constanter tenet praesumendum in genere esse de intentione agi matrimonio abutendi potius quam de ipsius iuris exclusione. Ita ad rem Chelodi (*Ius Matrim., n. 117*): « In praxi plerumque qui contrahit cum intentione foedandi coniugium potius quam se non obligandi, animum habet obligationem non implendi »; pariterque Cappello (*De Matrim., ed. 1938, n. 601*): « Praesumendum contrahentes habuisse intentionem non adimplendi officia coniugalia, salvo iure matrimoniali ». (Cfr. etiam Gasparri, *De Matr., ed. 1932, vol. II, n. 828;* S. R. R. *2 martii 1933, n. 4,* etc.).

8. - Nihilominus facilius quidem probatur exclusum esse ius ipsum coëundi per se ordinatum ad prolem, ideoque matrimonium nullum esse, si talis exclusio prolis in veram conditionem sine qua non deducta fuerit ab alterutro contrahente vel etiam ab utroque per verum pactum, nam ex canone 1092, n. 2, « conditio semel apposita et non revocata... si de futuro contra matrimonii substantiam, illud reddit invalidum ». Nec aliter ante Codicem vigebat ex *cap. 7, X, De condit. app.*, ubi edicebatur: « Si conditiones contra substantiam coniugii inserantur, puta, si alter dicat alteri: « contraho tecum, si generationem prolis evites »... matrimonialis contractus, quantumque favorabilis, caret effectu ». Idipsum confirmatur communi Auctorum doctrina, quorum unus ante Codicem audiatur Benedictus XIV, qui ita ad rem tenet: « Si contrahentes in matrimonii foedere ineundo conditionem apponunt illius substantiae contrariam, certissimum est argumentum nequaquam eos in veri matrimonii contractum consentire » (*De Synod. dioec., lib. XIII, cap. 24, n. 7*); post Codicem vero Chelodi ita pro omnibus docet: « Qui matrimonium vult, necesse est ut eiusdem substantiam velit, ideoque si conditionem apponit substantiae contrariam, apertissime ostendit nequaquam se in verum matrimonium consentire... puta, si conveniatur de impedienda conceptione, de abortu procurando » (op. cit., n. 125; cfr. etiam Gasparri, op. cit., *n. 897-898*). Imo animadvertendum est quod, si nupturientes veram conditionem sine qua non aut etiam pactum contra prolem adiecerint, tunc cessat iuris favor, quo matrimonium gaudet et praesumptio potius stat pro matrimonii nullitate ob exclusum ipsum ius procreationis, praesertim si conditio vel pactum apponantur absque ulla limitatione. Ad rem Cappello ita docet: « Si coniuges convenerint inter se de omni prole vitanda in perpetuum, praesumitur invalidum » (op. cit., n. 600); nec aliter Emmus

Gasparri, qui disserens de conditione in sensu turpi « si generationem prolis evites », ita docet: « Apposita simpliciter haec conditio excludit ipsum ius, nisi aliud probetur » (op. cit., n. 898). Et confirmatur pluribus sententiis Rotalibus: ita ex. gr. in una diei 2 martii 1933, n. 11, traditur: « Si quidem probatur pactum vel conditio expressa et haec conditio ad totam vitam coniugalem extenditur, praesumptio in favorem matrimonii eruitur, et dicendum est non solum usum iuris, sed ipsum ius exclusum esse »; et in altera sententia Rotali diei 29 novembris 1934 eadem doctrina roboratur: « Certo ubi habetur huiusmodi pactum vel conditio, res facilius evinci potest; nam exstante huiusmodi pacto vel conditione, saltem si fit in perpetuum et sine limitatione, praesumendum est, nisi contrarium probetur, ipsam obligationem exclusam esse »; et apertius in sententia diei 4 maii 1934, n. 20, ubi ita absolute traditur: « Si exclusio fiat aut sub conditione sine qua non aut pacto inito inter coniuges, tunc cessat favor, quo in iure gaudet matrimonium, et praesumitur eius bona fuisse in seipsis seu in suis principiis exclusa ». Nec ruit vis eiusmodi conditionis matrimonium invalidantis, si ab uno contrahente apposita, ab altero acceptetur cum spe fore ut pars, quae conditionem apponit, mutata dein voluntate, sit officia coniugalia recte impletura, nam ista conditio vel ab alterutra tantum parte apposita per se sufficit ad nullitatem contractus gignendam, quaecumque sit mens aut spes alterius partis (cfr. S. R. R. *4 martii 1933*).

9. - Quod si, deficientibus pacto vel vera conditione, difficilius quidem evincitur exclusio iuris procreationis indeque derivata matrimonii nullitas, quandoque tamen etiam hisce in casibus eae aderunt circumstantiae et coniecturae, ut vel simplex intentio seu positivus voluntatis actus utriusque vel alterutrius contrahentis contra bonum prolis eam certo induat vim, ut morali cum certitudine concludendum sit non tantum iuris usum, sed ius ipsum procreationis revera exclusum fuisse, ideoque matrimonium nullum esse. Ita arguere licet iuxta canonicam iurisprudentiam, quando exclusio prolis vel ab alterutro tantum contrahente, etiam citra conditionem vel pactum, fit in perpetuum seu absque ulla limitatione, praesertim si de tenacitate in ea voluntate servanda certo constet. Re quidem vera eiusmodi doctrina satis colligitur a sensu contrario ex sequentibus verbis, quae leguntur in sententia S. R. R. diei *9 maii 1938, n. 4, coram Massimi, Decano*: « Ceterum, cum prolis exclusio accipitur, ut solet fieri, sensu turpi, diligenter attendendum est, in scrutanda voluntate contrahentium, utrum prolis exclusio fuerit necne limitata. Cum enim de limitatione constat,

ius ipsum coëundi non videtur exclusum ». Positive autem illa doctrina traditur in sententia *diei 29 aprilis 1935, n. 3, coram Morano*: « Ita si utramque vel alterutram partem matrimonium inivisse cum firmo proposito vitandi prolem in perpetuum, facile conceditur exclusum ab ea fuisse ipsum ius procreationis. Haec autem perpetuitas exclusionis arguitur, praeterquam ex declarationibus partis, quae prolem vitare sibi constituit, ex perpetuitate causae ob quam ipsa prolem vitare decrevit »; quod et roboratur in altera Rotali sententia, in eadem causa edita *die 1 martii 1934, n. 2, coram Iulien*: « Probata enim intentione eos (filios) excludendi perpetuo, facilius coniicitur iuris exclusio »; ubi additur: « Maxime autem iuvare in casu potest ratio, qua se contrahens gesserit, nam factis verba declarantur, et facta sunt verbis validiora ». Et apertius idipsum firmatur in sententia *diei 5 februarii 1934, n. 9, coram Massimi, Decano*: « Actoris intentioni magis favent nota argumenta, quae ad demonstrandum obligationis exclusionem adducuntur, id est, voluntas bono prolis contraria, nulla temporis limitatione definita, et tenacitas in ea voluntate servanda »; atque uti signum voluntatis sese non obligandi perpenduntur in eadem sententia: « pravi mores » mulieris, quae intentionem proli contrariam manifestaverat (cfr. etiam S. R. R. *19 maii 1936, n. 2 coram Wynen*).

10. - Quod demum ad probationis media in huiusmodi causis attinet, presertim quando de intentione contra sacramenti bona in veram conditionem vel pactum non deducta agitur, iam per se patet, quod, cum res sit adeo intima, quae a nupturientibus late vulgari haud soleat, minor requiratur oportet probatio quam pro aliis factis, quae, utpote de se maiori divulgationi obnoxia, maiorem idcirco atque pleniorem probationem exigunt. Hinc in sententia S. R. R. *diei 22 maii 1934*, in qua praecise de matrimonii nullitate ob exclusum bonum prolis disceptatur, merito notatur: « In hac causa pauci quidem inducti sunt testes; sed caput nullitatis istud de natura sua late divulgatum esse non poterat ». Porro ad inquirendum quid revera nupturientes contra sacramenti bona intenderint, iuvabit quidem praeprimis ipsos audire, utpote qui prae ceteris possunt ipsi significare quaenam eorum ista intentio reapse fuerit; quodsi ii appareant fidedigni, eorum confessio, licet de se haud constituat sufficientem probationem contra matrimonii valorem, tamen adminiculum non spernendum praebebit. Attendendae maxime sunt declarationes privatae partis, cui prava intentio adscribitur, quae quidem declarationes, tempore non suspecto factae, profecto sunt persaepe magis sincerae quam iudicialis confessio; multum igitur deferendum est etiam testibus, licet pauci

ii sint, qui tam ante quam post matrimonium, tempore tamen nondum suspecto, coniuges audierint de sua intentione loqui contra matrimonii bona. Neque in iis coniugum locutionibus aestimandis plus aequo ad verborum corticem attendendum, sed potius, adiunctis omnibus tum antecedentibus tum consequentibus bene perpensis et rimatis, perscrutandum est quid ipsi verbis adhibitis revera significare et intendere voluerint, quippe generatim de personis agitur, quae iuris praecisionem ignorant, unde etiam saepe confusis verbis utuntur in manifestanda sua voluntate. Demum praetermittenda non est inquisitio causae simulationis, quae quidem causa demonstranda est apta et proportionata ad gravia coniugii onera abiicienda, saltem secundum simulantis aestimationem (cfr. S. R. R. *14 martii 1928, n. 3 coram Guglielmi; 27 iulii 1935, n. 4, coram Morano,* etc.).

11. - In facto. - Cum ex duplici capite, exclusionis scilicet indissolubilitatis necnon prolis, matrimonium partialiter simulatum dicatur in casu, de utroque seiunctim diiudicare oportet, ne in confusionem incidamus, quam non satis vitatam fuisse a parte actrice ex actis colligitur. Aliud namque est prolem excludere, ne quis facilius divertere impediatur casu infelicis matrimonialis exitus, vel etiam quando ei quomodocumque placuerit, iuxta devias forte eiusdem ideas de coniugii solubilitate, ex quo tamen et indissolubilitatem idcirco exclusam dicere haud liceret, quidquid esset de matrimonii valore vel secus ob exclusum bonum prolis; aliud vero plane diversum dicere positivum illum voluntatis actum vinculi perpetuitatis exclusivum, quo tamen ex isto capite matrimonii valor impetiri posset. Eoque magis unum ab altero nullitatis capite seiungere opus est, quo minus pari ratione suam quodque vim exserit matrimonium invalidandi, dum enim intentio contra bonum sacramenti semper, intentio autem contra bonum prolis haud semper consensum ipsum ingreditur eumque limitat, iuxta supra in iure. Unde intentio verum perpetuumque vinculum matrimoniale ineundi bene conciliari potest cum intentione prolem etiam perpetuo excludendi, modo ex adiunctis colligatur non ius procreationis, sed ipsius iuris usum denegatum fuisse aut non acceptatum.

12. - *De simulatione* igitur *ob assertam exclusionem boni sacramenti* imprimis agentes, initium sumamus ab iis quae de ita simulato consensu in iudiciali utriusque coniugis confessione continentur. Equidem confessio partium, utpote quae ab interesse habentibus proveniat, et maxime quidem quando, uti in praesenti casu, utraque stat pro matrimonii nullitate obtinenda, sufficiens

haud suppeditat assertae simulationis argumentum, multoque minus valet confessio illius praecise partis, quae simulasse dicitur « cum nimis indignum sit iuxta legitimas sanctiones, ut quod sua quisque voce protestatus est, in eumdem casum proprio valeat testimonio infirmare ». (*Cap. Per tuas, 10,* x, *lib.* II, *tit.* xix, *De probationibus*). Ast neque omni vi caret partium confessio, vel pro simulatione evincenda, siquidem eae fidedignae ceterum appareant nec quid earumdem testimonio opponendum habeatur, vel ad illam e contra infirmandam, si secus accidat.

13. - Primo audiatur *actor,* in cuius trina depositione, quae in actis prostat, bis namque in prima iudicii sede, semel autem apud Nostrum Auditorium ille deposuit, iam prima fronte apparet graviora gradatim in sui favorem ipsum asseruisse, pro indissolubilitatis exclusione ex parte uxoris dimicantem. In prima namque depositione interrogatus « si con anterioridad a la celebración del matrimonio con N. N. había advertido en ésta la imposición de alguna condición contraria a los fines del matrimonio, esto es, de no tener hijos », ita respondit: « esa condición fué impuesta como indispensable para realizar la unión entre ambos, toda vez que la existencia de unos hijos representaría una imposibilidad de deshacer esa unión en el momento que lo creyese oportuno »; ex quibus, quidquid sit de conditione contra bonum prolis, de qua postea erit sermo, quamque ceterum facillimum ipsi erat affirmare, ob suggestivam interrogationem contra praescriptum canonis 1775 a Tribunali ipsi delatam, unde et vis adimitur ipsius responsionis, colligere tamen non licet uxorem positivo voluntatis actu etiam coniugii indissolubilitatem exclusisse, sed ad summum de possibilitate divertendi *cogitasse,* quod matrimonii valori minime officit. Etsi concedatur verba illa uxoris errorem aut opinionem contra vinculi perpetuitatem, vel etiam interpretativam voluntatem vinculum solvendi, si adiuncta ita suaderent, vere quidem sapere, minime tamen ex illis verbis colligere licet, uti patet, positivum ab uxore elicitum fuisse voluntatis actum vinculi indissolubilitatis exclusivum. Secundo autem examini subiectus actor, et quidem postquam probationes omnes primum collectae evulgatae iam fuerant, quare et cautelae magis adhibendae fuerunt, ad normam canonis 1786, ad interrogationem maxime quidem suggestivam « Si N. N. (sponsa) con anterioridad a la celebración del matrimonio le había manifestado su intención de celebrar una unión que no fuera firme y perpetua, sino soluble a voluntad », facillime etiam respondit: « Afirmativamente y que ésta fué la causa de la ruptura de relaciones juntamente con el propósito de parte de N. N. (sponsa) de no tener hijos, pues N. N. (sponsus) no aceptaba este

criterio »; atque non minus suggestive quaesitus « si, reanudadas sus relaciones amorosas con N. N. (sponsa), ésta mantuvo su criterio de contraer una unión amistosa, soluble a voluntad, y de no tener hijos », pari facilitate respondit: « Afirmativamente y que N. N. (sponsa) fué al matrimonio con estos dos propósitos », quos et a seipso acceptatos fuisse ille asseruit, affirmativo sensu repetens aliam interrogationem eidem delatam, licet adiungat se accetpasse « non pura y simplemente, sino con la esperanza de hacer volver algún día a N. N. (sponsa) sobre su acuerdo », et demum interrogatus « en qué se fundaba N. N. (sponsa) para romper el matrimonio canónico que iban a celebrar », actor opinatur potius quam declarat, dum ait: « cree que no pensó más que, si era preciso, separarse », quibus ceterum verbis rem dubiam redderet an conventa intentionem habuerit vinculum revera abrumpendi, vel tantummodo a viro divertendi, salvo tamen manente vinculo. Sane si res ante matrimonium ita revera accidissent, prout ab actore asseruntur, facile quidem concedendum esset vinculi perpetuitatem a muliere nupturiente exclusam fuisse, ideoque matrimonium sub ista intentione positiva contractum nullitate laborare; sed quominus praeinsertis actoris assertionibus vel ea quidem relativa vis tribuatur, quae iudiciali partis confessioni est propria, sat obstat vel ipse tenor maxime suggestivus interrogationum illi delatarum, quippe, ut talia coram iudice assererentur, satis erat verba repetere quaestorum; unde eiusmodi affirmationes nullius valoris in iudicio potius dicendae sunt, nisi aliis vere validis argumentis plene confirmentur, eo vel maxime quod tales actoris assertiones subsequutae fuerunt primam probationum evulgationem, ex qua bene ipse advertere potuit, quaenam in deficienti probatione roboranda essent, ut intentae matrimonii nullitati satis fieret. Sed neque tertia actoris depositio, quam nempe apud Nostrum Auditorium praestitit, ea est, quae omnem superet iudicialem crisim, adeo ut inconcussam vim habeat qua partis confessio pro indissolubilitatis exclusione ex parte uxoris; etenim, licet depositio ista haud impugnari queat ob defectum in forma examinis peragendi, quippe omnia ad apicem iuris peracta fuere, aptis scilicet interrogatoriis a Defensoris Vinculi concinnatis et actori delatis, tamen de contentis in ista actoris depositione nonnulla sunt animadvertenda, ex quibus ipsa vim amittit in ordine ad praetensam indissolubilitatis exclusionem probandam, eo magis, quod actoris responsiones in tertio examine tunc veniunt datae, quando duae iam erant prolatae sententiae contrariae, quare bene edoctus esse ipse poterat, quaenam revelanda praecipue erant in sui favorem, ut intentum finem attingeret, unde et eius testimonio adhuc magis vis adimitur (cfr. S. R. R. *19 novembris 1938, n. 4, coram*

Iulien). Equidem in tertia depositione *actor* sequentia tradit circa ideas ab uxore in praenuptialibus sermonibus ostentas contra coniugii indissolubilitatem: « Yo venía observando en élla unas ideas sobre el matrimonio, el problema de los hijos, etc., con las que yo no estaba conforme... Ella decía que la mujer no tenía por qué supeditarse al marido en nada; que no reconocía la autoridad del marido en cuanto a normas de vida, en la casa, en la educación de los hijos, etc...; que no estaba dispuesta a que le ocurriera lo que a su madre le había ocurrido (valde nempe haec infelix fuerat in suo matrimonio, propter mariti saevitias). En consecuencia ella decía que no podía admitirse la indisolubilidad del matrimonio por cuanto hacía a la mujer esclava de su marido » (ad 5). Hisce vero in locutionibus generalibus error conventae ad summum exprimitur, utpote propriae libertatis atque independentiae a marito immoderate cupidae, minime vero significatur positivus voluntatis actus elicitus contra indissolubilitatem coniugii cum actore ineundi. Adiungit actor quod conventa etiam filios excludebat, « porque representaban un lazo de unión entre marido y mujer que impediría llevar a cabo la separación entre ambos, caso de que ella lo creyera oportuno » ib. ad 5); in quibus considerari nequit nisi *cogitatio* de possibilitate divertendi, quae matrimonii valori haud officit, minime vero heic continetur positiva voluntas divertendi, sub qua tantum matrimonium ineundum esset. Gravia quaedam, uti a conventa manifestata, haec actor deponit: « puesto que ya la República había dado leyes más humanas a favor de la mujer, sobre esa base consentiría ella en casarse, cosa que de otra forma no haría ni conmigo ni con nadie. Al hablar de esas leyes más humanas, se refería a la ley del divorcio » (ib. ad 5); immo vel totaliter matrimonium simulandi intentionem ab uxore habitam fuisse actor contendit, dum ait: « Ella me propuso que hiciéramos un matrimonio de prueba, pero que habría que cubrir las apariencias sociales, y que sólo por eso aceptaba que nos casáramos por la Iglesia » (ad 12). Ast gravia eiusmodi, quae vir contendit ab uxore ante matrimonium dicta fuisse, ne quidem ab ipsa uxore in actis confirmantur uti postea videbimus. Quinimo vel ipsemet actor, Defensore Vinculi instante, interrogatus: « Si su mujer no consideró el matrimonio celebrado como canónico con verdadera validez, por qué no aprovechó la facilidad de la ley civil del divorcio y estuvo aguantando tanto tiempo una vida tan desdichada de convivencia », id haud satis explicat hisce tantum dictis: « Yo creo que ella no planteó el divorcio, porque nada tenía que alegar contra mí ». Quod si demum actor, asserto quod ipse haud assentiens aberrantibus ideis a conventa insistenter ostentatis circa matrimonium, antenuptiales relationes abrumpit (ad 5), postea vero

contendit: « Al reanudar las relaciones, ella me volvió a insistir en que sostenía sus puntos de vista, a los que me he referido en la pregunta anterior (5ª) A mí me desagradaba todo esto, pero... me conformé, con la esperanza de que todo cambiaría después. Sobre esos mismos puntos de vista seguimos hablando después en distintas ocasiones, pero yo le seguía la corriente, y ya no tuvimos por ello ningún otro disgusto » (ad 6); haec vero ab uxore penitus infirmantur, quippe ipsa contra dicit: « Ya no se habló más de los motivos que nos separaban... no volvió a surgir entre nosotros ningún otro incidente antes del matrimonio » (ad 5 in dep. apud Nostrum Auditorium).

14. - Sed neque quatuor *uxoris* depositiones in actis, tres scilicet in prima iudicii sede, quarta autem apud Nostrum Auditorium, eae sunt, quibus graves animadversiones opponi nequeant, unde illarum vis pro evincenda asserta intentione contra coniugii indissolubilitatem admodum infirmetur, nisi penitus destruatur. Et imprimis perdifficile iam est, iuxta superius dicta, fidem adhibere parti nunc asserenti se antea simulasse, maxime quidem si ita agit morem gerens comparti matrimonii valorem idcirco impugnandi, in quo et colusionis periculum adesse potest. Insuper in variis conventae depositionibus varia neque sibi satis constans ipsa apparet; itaque primum deponens, asseruit: « *Sabía que el matrimonio canónico es indisoluble,* pero que no le importaba, puesto que *pensaba praescindir de él,* esto es, del vínculo matrimonial, si las circunstancias le hacían ver la conveniencia de ello »; in tertio autem examine, contra dicit: « que *no le consideraba indisoluble,* porque había precedentes de otras disoluciones o anulaciones »; et alibi: « que *no pensó más que,* cuando llegara la hora, *se separaría de la dicha convivencia conyugal* »; apud Nostrum vero Auditorium quarto declarans, iterum se corrigit, dum asserit: « *Sabía que el matrimonio era indisoluble* »; licet praedictam suam mentem de modo sese gerendi casu infelicis futuri matrimonialis exitus ita confirmat: « Yo pensaba que, si me iba mal, me separaría de él, y si era posible conseguir la nulidad del matrimonio, lo haría también » (ad 11). Nunc vero mulieri, quae tam parum sibi constans declarat in iudiciali praesentia, iniuria haud irrogatur, si fidem fere nullam mereri ipsa dicatur; quod si ea attendantur, quae in tertio examine apud primam iudicii sedem ipsa asseruit et dein in Nostro Auditorio rata habuit circa mentem suam quam ipsamet habuisset de futuro modo sese gerendi casu infelicis matrimonialis exitus, merito concludendum actum iam esset de praetensa eius positiva intentione contra vinculi perpetuitatem, atque potius diceretur illam verum validumque ma-

trimonium inivisse, licet cogitantem de possibilitate merae separationis coniugalis, si res male successerint, vel etiam intentandi declarationem nullitatis matrimonii, si id esset possibile; quae quidem cogitationes nullam continent positivam voluntatem coniugii perpetuitatem abiiciendi, uti planum est, nec matrimonii validitati ullo igitur modo officiunt. Aliis nihilominus assertionibus uxor conventa potius contendere videtur se positive respuisse vinculi matrimonialis ineundi perpetuitatem; in secunda namque eius depositione iam asseruit se matrimonialem consensum praestitisse « con la reserva de no hacerlo indisoluble », quod minus aperte significaverat in sua prima declaratione, asserens quod, sciens matrimonium canonicum esse indissolubile, « no le importaba, puesto que pensaba *prescindir... del vínculo matrimonial*, si las circunstancias le hacían ver la conveniencia de ello »; in tertio autem examine aperte dixit: « Que ella para sí lo creía y *lo quería* (matrimonium) *con carácter provisional y soluble*, y que así anticipadamente se lo propuso a D. A., y con este criterio e intención fué ella al matrimonio..., que *no aceptaba el matrimonio indisoluble* »; et alibi pariter affirmavit se ad matrimonium accessisse: « buscando la unión natural de hombre y mujer, esto es, de conveniencia.... un matrimonio con las limitaciones o condiciones ya dichas » (contra bona scilicet sacramenti et prolis); et iterum: « celebró su matrimonio canónico *con la limitación de hacerlo soluble y sin ligarse...;* que cuando celebró su matrimonio con D. A., *su ánimo era... no ligarse con vínculo indisoluble...* con nadie y, por consiguiente, ni con D. A. ». Sed neque desunt conventae assertiones, ex quibus haud immerito colligeretur praevalentem ab ipsa habitam fuisse intentionem matrimonium ineundi, uti in Ecclesia Catholica viget et ab omnibus in genere initur; etenim in Nostro Auditorio ita asseruit: « Yo sabía lo que era el matrimonio cristiano y *quería casarme canónicamente* » (ad 11); immo viri assertionibus penitus ipsa contradicens, haec affirmavit: « *No me pasó por la imaginación hacer un matrimonio de prueba*, porque esto es cosa desconocida en España. *Tampoco pensé en matrimonio civil, porque era y soy católica y no podía entrar en mis planes el realizarlo* » (ad 12); atque in primo eius examine ad interrogationem « si lo creía (matrimonium ineundum) canónicamente válido, a pesar de las reservas sobre no tener hijos », respondit: « *creía contraer matrimonio católico* », quod et uti indissolubile illam revera intendisse, vel saltem eiusmodi essentialem proprietatem positivo voluntatis actu minime exclusisse, satis significatur sequentibus hisce verbis ab ipsa adiunctis: « Si hubiera sabido la contradicción entre la condición y la validez, hubiera sostenido la condición y *hubiera celebrado el matri-*

monio sólo en apariencia o matrimonio civil, porque consideraba que éste era soluble ». Catholicum ergo matrimonium, quod inivit, non obstante asserta conditione proli contraria, uti indissolubile revera ipsa acceptavit, vel saltem indissolubilitatem minime positiva voluntate respuit, nihilque interest quid ipsa alias fecisset, puta, canonicum matrimonium simulare vel civile tantum vinculum inire, uti illa contendit, in quo nonnisi interpretativa haberetur voluntas, quae vera voluntas non est nihilque in rerum natura operatur, quamque ceterum, ipsamet conventa in Nostro Auditorio asserente sibique igitur contradicente, nunquam in actualem voluntatem deduxisset, « porque yo era — ait ipsa — y soy católica, y no podía entrar en mis planes el realizarlo ».

Conventae igitur depositiones adeo variis, aequivocis et confusis verbis continentur, ut saltem perdifficile et obscurum nimis sit ex illis deducere, quaenam revera fuerit ipsius intentio circa vinculi perpetuitatem, quando A. nupsit.

15. - Sed quidquid sit de partium depositionibus, res per testes probanda est, eo vel magis in casu quod actoris parochus referat illum, licet alias religiosum et probum, in concubinatu tamen aliquo abhinc tempore vivere cum alia muliere, et « *in re ad nullitatem eius matrimonii attingente non bona fide procedere* », conventa autem, licet notis « *probitatis et credibilitatis* », parocho testante, certe gaudeat, tamen actoris causam omni modo quo potest adiuvare cupiens ipsa videatur, utpote quae illius intentioni acquieverit et in deponendo faveat, adeo ut collusionis periculum, semper quidem vitandum in huiusmodi causis, penitus exclusum minime habeatur. Nunc vero neque per testes res satis evincitur, uti ex dicendis patebit.

In prima causae instructione, quando Tribunal X. illegitime a Vicario Generali absque speciali Episcopi mandato erat constitutum, duo tamen testes de re interroagti fuerunt, nempe C. A. C. conventae consobrinus, et M. R. B., eiusdem conventae amica, quae tamen nonnisi quatuor circiter annis post matrimonium ipsius conventae, hanc se cognovisse affirmavit. Tribunali autem X. iam legitime constituto, in eiusdem causae renovata instructione, super hac re, praeter quam duo testes praedicti, interrogatae etiam fuerunt M. E., quae tempore sponsalium conventae erat addicta uti v. d. « señora de compañía », et M. I. E. quae eamdem conventam paulo post eius nuptias cognovisse affirmat. Sed omnium praedictorum testimonia in eo iam imprimis fallunt, quod interrogationes illis a Iudice delatae, contra praescriptum canonis 1775, responsionem nimis suggerebant, unde eiusmodi testimonia fere

nullius valoris in foro nostro dicenda sunt; merito namque adnotat Reiffenstuel: « Iudici abstinendum est ab interrogatoriis suggestivis, ne testes facile assentiendo deponant, ea, quae a veritate sunt aliena, nec ante hoc ab ipsis cognita; cum potius assenserint suggerenti, ne forsan displiceant, quam interroganti ex proprio responderint » (*Ius Can. Univers.*, lib. II, tit. XX, De test. n. 519). Sed et insuper eiusmodi testimonia in eo quoque fallunt quod delatae interrogationes adeo impraecisis et confusis verbis ut plurimum continentur, ut, non obstante suggestivo earum tenore, confusionem etiam quin genuissent non potuerint in simpliciter affirmativis testium responsionibus, ita ut fere impossibile saepe sit determinare, utrumne et quatenus testes perspexerint interrogationum sensum et ambitum, idcircoque quidnam ipsi suis responsionibus complectantur. Fallacia scilicet magnaque confusio adsunt in interrogatoriis a parte actrice pessime confectis, neque a Defensore vinculi neque a Iudice reformatis, uti iis ius erat et officium; verba namque adhibita modo circa aberrantes conventae ideas et loquelas super matrimonio in genere, modo autem super eiusdem potius positivam intentionem contra matrimonii ineundi substantiam versantur, nunc quidem de intentione contra bonum sacramenti, nunc vero de intentione contra bonum prolis promiscue agunt, alias directe, alias indirecte et quasi in obliquo unum alterumve nullitatis caput attingunt, ita ut interrogationes eiusmodi subdolae etiam evadant, idcircoque responsionum vim etiam enervantes.

16. - Itaque in prima causae instructione ad interrogationem tertiam: « Ser cierto que... pudo observar en Doña R. determinadas ideas sobre la libertad e independencia de la mujer, llegando hasta confesarle que jamás contraería matrimonio con D. A. B., sino una amigable unión, que cualquiera de los dos podría romper cuando creyere opportuno », testis C. A. C. suggerenti Iudici ita respondit: « Que es cierto cuanto en ella se contiene; sed M. R. B. deposuit quod « mal pudo observar en Doña R. las ideas, sobre que se le pregunta », siquidem testis nonnisi abhinc quatuor circiter annis post conventae nuptias eam cognovit, et licet affirmat se a personis, quae conventam ante matrimonium iam noverant, audivisse (quo tamen tempore praecise non determinat) « que Doña R. profesaba ciertas ideas sobre la libertad e independencia de la mujer », nihilominus eadem testis adiungit: « *que no oyó nunca decir que Doña R. hubiese confesado que jamás contraería matrimonio con D. A. B., sino una unión amigable* ». Et delatis dein interrogatione 4ª: « Ser cierto que esta unión amigable habría de hacerse sujeta a la condición de no tener descendencia... », cui

testis Dnus A. C. facillime assensit, eadem interrogationis verba repetens, licet de *matrimonio ineundo* minime autem *de unione amicabili* loquens, et limitata responsione *ad prolis exclusionem conditione apposita*, dum M. R. B. rem prorsus ignorare dixit, necnon interrogatione 7ª, in qua quaeritur de sponsalium abruptione « al hacerle (doña R.) *tal proposición* (utrum de amicabili tantummodo unione ineunda vel de conditione contra prolem minime exprimitur) a D. A. », cui interrogationi *Dnus A. C.* simplici affirmatione etiam assensit, et *Dna R. B.* se id a conventa post nuptias audivisse dixit, *talem* vero *propositionem limitans ad prolis exclusionem;* ad interrogationem 10am, in qua nonnisi indirecte et quasi in obliquo quaestio proponitur de praetensa unione amicabili, et *de conditionibus* a sponsa propositis agitur, quin eae in specie determinentur, nempe « ser cierto que, al regresar de M. Doña R. — post abrupta scilicet sponsalia — reanudó sus relaciones con D. A., por haber éste aceptado *las condiciones*, que aquella le propusiera, para llegar a celebrar la proyectada *unión amigable* », C. A. C. facillime pariter suggestioni assensit hisce verbis: « Ser cierto el contenido de esta pregunta »; atque M. R. B. etiam affirmavit « que sabe su contenido por referencias de Doña R., » intellige vero referentias istas habitas, postquam testis conventam novit, easque respicientes tantummodo prolis exclusionem, iuxta antea dicta, ab eadem teste. Delatae insuper postea interrogationi 15ªe « ser cierto que inmediatamente antes de comparecer Doña R. en unión de D. A. en presencia del sacerdote y testigos, le reiteró al exponente su voluntad de no contraer matrimonio indisoluble con el citado señor, expresándole que su consentimiento no lo prestaba para unión permanente, sino para una sociedad amigable que no produjera descendencia », *Dnus A. G.* simpliciter affirmavit « que es exacto el contenido de la pregunta »; et *Dna R. B.* « que como no conocía a Doña R. sino después de la celebración del matrimonio, nada pudo oirle en el tiempo a que se refiere la pregunta ». Et pariter ad interrogationem 18am « ser cierto que procuró por todos los medios persuasivos a su alcance hacer rectificar a Dña R. sus propósitos acerca de las condiciones impuestas a D. A. para concurrir a la ceremonia y continuar viviendo con él, sin conseguir una contestación satisfactoria ni una rectificación expresiva, antes al contrario reprodujo sus intenciones hasta el momento mismo de comparecer a la presencia sacerdotal », *Dnus A. C.* hisce verbis annuit: « Que es cierto el contenido de esta pregunta »; et *Dna R. B.* sibi constans affirmavit: « que antes de la celebración del matrimonio no conocía a Dª R ». Quae igitur a duobus tantummodo praedictis testibus dicta invenimus in prima causae instructione concludere minime

sinunt, iuxta supra dicta de talium testimoniorum vi, conventam cum A. nupturam vinculi perpetuitatem positive exclusisse, eo vel magis quod tandem aliquando nonnisi unus tantummodo testis, scilicet Dnus A. C., de tempore nuptias antecedenti referat.

17. - Nec aliter concludendum ex iis, quae testes iuxta eadem interrogatoria iam relata iterum excussi deposuerunt in secunda causae instructione, quam notetur peractam quidem fuisse post evulgatas testificationes in priori instructione collectas, unde vel eo ipso nova testimonia maiori cum cautela accipienda iam essent in quantum actoris intentioni magis favere viderentur, nisi quod quaestorum defectibus aliquatenus correctis in hac secunda causae instructione per interrogationes testibus ex officio a Iudicibus delatas in actu examinis, penitus res declarantur et quidem minime in actoris favorem. Itaque C. A. C., facili simplicique assensu iterum confirmata interrogatione 3ª, dein ex officio quaesitus « si sabía que la Sra G. de la B. deseaba contraer con D. A. una unión disoluble a voluntad », respondit « que así se lo manifestó dicha señora », et ad novum quaesitum « cómo se explicaba que, sosteniendo este criterio la Sra G. de la B., intentase formalizarlo por medio del rito del matrimonio canónico », idem testis opinatus est potius quam deposuit: « que, *según su criterio,* sin duda lo haría para cubrir las conveniencias sociales ». Attamen de novo interrogatus ex officio: « cuál era el juicio o criterio del declarante acerca de la intención que llevaba la Sra G. de la B. al contraer el matrimonio canónico, si creía el declarante que iba (illa) a celebrar matrimonio canónico, si bien con condición de no tener hijos, o si iba sencillamente a legalizar su unión amigable con el Sr. B. », respondit: « *que no puede emitir este juicio acerca de cuál fuese la intención de la Sra G. de la B.* », atque eidem testi obiecta contradictione hanc inter eius responsionem et ea quae paulo antea et etiam in primo examine ipse affirmaverat, gravia haec ipsemet dixit testimonium eius satius enervantia in re de qua agitur: « *Que en las anteriores expone su propio criterio, mientras que en esta respuesta declara no conocer a punto las intenciones de la Sra G. de la B.* ». Quod igitur intentionem spectat, quam conventa habuisset in matrimonio ineundo, et in specie utrumne vinculi perpetuitatem ipsa exclusisset, Dnus A. C. testis est non de facto sed de interpretatione, seu facta nulla declarat, quod unum ipsius uti testis proprium erat, sed tantummodo proprium iudicium seu opinionem refert, in quo testis functionem ipse transgreditur potiusque iudicis partes agit; ipsius ergo dicta uti nullius valoris per se aestimanda sunt in foro nostro, prout pluries tenuit S. R. Rota (cfr. ex. gr. *decis. diei 31*

martii 1922, n. 7; 18 februarii 1924, n. 9; 9 augusti 1927, n. 12; 19 octobris 1929, n. 8; v. etiam Reiffenstuel, *Ius Can. Univ.*, lib. II, tit. XX, n. 348). Nec aliud quam proprium iudicium testis refert, quando, de eo ex officio quaesitus, ait: « Que *su criterio* es que ella no fué a contraer el matrimonio canónico, sino a legitimar la unión amigable con el Sr. B. ». Item ad interrogationem 5am idem testis eam confirmat quoad exclusionem prolis a conventa actori propositam, qua sponsalia abrupta fuere, sed adiungit: « *Que no sabe... si también propuso Dña R. a D. la constitución de una unión amigable, aunque así lo cree el declarante* ». Et ad interrogationem 6am, nonnisi conventae *ideas* refert, quando ex officio quaesitus « si había oído decir a Dña R. que la institución del matrimonio consistía en una unión amistosa, soluble a voluntad de los contrayentes », respondit: « que, si bien esta idea no se la oyó como definición, la aplicaba a su caso particular »; atque illico exclusionem prolis a conventa eius sponso propositam testis refert uti unicam causam abruptionis sponsalium, nulla tamen facta mentione exclusionis indissolubilitatis. Et insuper ad interrogationem 10am: *Que no sabe... si aceptó D. A. o lo propuso Dña R. lo de la unión amigable* »; quodsi adiungit quod « cree que sí », id vero haud recte ex eo deducit, quod « Dña R. le manifestó que, si D. A. insistía en tener hijos de ella, se considerarían los dos libres », haec quippe licet pro intentione contra bonum prolis valerent, minime vero probant et vinculi indissolubilitatem in specie et positivo actu exclusam quoque fuisse. Demum Dnus A. C. ad interrogationem 15am gravia haec quidem asserit: « Inmediatamente antes de la celebración del matrimonio... Dña R. antes de salir de su domicilio propio... manifestó al declarante su decidido propósito de ir al matrimonio con D. A., non ligándose para siempre, e impidiendo en absoluto la descendencia; que estas manifestaciones las hizo Dña R. a instancia del declarante, quien, conociendo el pensamiento de dicha señora sobre el particular, intentó por última vez disuadirla de su propósito, para que fuera al matrimonio con rectitud de intención »; itemque interrogatus « si llegó a oír alguna vez que iba al matrimonio según su criterio especial, o sea, no al matrimonio canónico e insoluble », respondit: « que sí, que de manera expresa y concreta espresó su intención de hacer un matrimonio sin ligamen alguno, expresándose con la siguiente frase: « Yo no me ato », además de manifestar, como siempre, que iba con la intención de no tener hijos ». Haec tamen omnia vere quidem gravia omnino pugnant nec conciliari ullo modo possunt cum iis quae antea deposita fuerant ab eodem teste, asserente se reapse nihil scire de intentione qua super vinculi firmitate conventa ad matrimonium accessisset, super quibus testis

nonnisi proprium iudicium seu opinionem aliunde quidem efformatam retulit. Testis igitur, qui ita de iisdem deponens sibi constans non est, fidem in iudicio non meretur.

Nec ex aliorum testimonio in altera causae instructione indissolubilitatis exclusio ex parte conventae probatur. M. R. B. ad interrogationem 3am ita quidem deponit: « Después de su matrimonio, al intimar yo con R., ésta me decía que su matrimonio con el Sr. B. era de « transición y de prueba », y que ella se consideraba libre en el sentido de que ella no estaba unida con B. con más lazo que el de la amistad, pero no con el sacramento... R. me decía que ella se consideraba libre; que por su parte no se unió en matrimonio mediante el sacramento, pues su matrimonio lo contrajo a manera de prueba y con la intención de romper la vida conyugal, cuando a ella se le antojase, según las circunstancias ». Sed imprimis ea, quae testis ex auditis a conventa refert super intentione, quam ea habuisset celebrandi matrimonium uti « de transición y de prueba », haud satis concordant cum ipsius uxoris dictis antea relatis: « No me pasó por la imaginación hacer un matrimonio de prueba, porque esto es cosa desconocida en España. Tampoco pensé en matrimonio civil, porque yo era y soy católica y no podía entrar en mis planes el realizarlo »; praeterea bene notandum est manifestationes uxoris quas testis refert, habitas fuisse iam post nuptias et sat suspecto tempore, eadem teste aiente: « Las manifestaciones que Dña R. me hizo y yo he referido... eran continuas, de cada día... ...sobre todo *a medida que iba pasando el tiempo y surgían nuevas discrepancias* ». Pariter dicendum de iis quae eadem testis deponit ad suggestivas interrogationes 10am et 15am, cum vel etiam iis respondens testis tantummodo appellet ad conventae manifestationes post nuptias; praetereaque ad interrogationem 10am, licet suggerentem « las condiciones que aquella (conventa) le propusiera (sponso) », testis potius de ipsius conventae *ideis* respondit: « Doña R. me dijo... que fué el Sr. B. quien aceptó *las ideas* o manera de ser de ella... convencido de que él con el trato continuo con ella la haría *pensar* en forma que rectificara sus propósitos acerca de la exclusión de tener hijos y acerca de la libertad que R. se reservaba siempre ». Denique praeinsertae testis affirmationes ad interrogationem 3am haud facile conciliantur cum iis, quae eadem testis ad eamdem interrogationem deposuerat in primo eius examine, ubi dixit: « *Que no oyó nunca decir que Dña R. hubiese confesado que jamás contraería matrimonio con D. A. B., sino una unión amigable* ». Fere nullus alius est modus eiusmodi contradictorias affirmationes conciliandi, nisi dicatur testem secundo relata audivisse a conventa, postquam illa primum iam

deposuerat, quod ceterum bene accidere potuit, etiam perdurante communi coniugum vita, quoniam testis prima vice deposuit die 3 decembris 1938, coniuges vero usque ad annum 1942 convixerunt, quae tamen si ita accidissent, suspectiores iam evaderent, uti planum est, et talis uxoris manifestationes, et consequenter earum narratio facta a teste. Sed neque actoris intentioni super asserta indissolubilitatis exclusione ex parte uxoris conventae magis favet testis *M. J. E.*, quae quidem, de asserto illo nullitatis capite etiam interrogata in secundo eius examine, *de impressione* potius quam *de scientia* testis habetur, et quidem ex conversationibus cum uxore iam post nuptias habitis. Equidem suggestive, prout de more, a Iudice interrogata: « Si alguna vez oyó decir a Dña R., refiriéndose a tiempos anteriores a su matrimonio... si consideraba su matrimonio con él (actore) como una unión soluble a voluntad de los contrayentes », respondit: « Que Dña R. le manifestó que jamás consideró su matrimonio como vínculo perpetuo e indisoluble »; ast haec verba, quae ceterum de se minime necessario intelligenda essent de positiva indissolubilitatis exclusione facta ab uxore conventa ante nuptias potius quam de eiusdem errore subsequentique habituali vel interpretativa voluntate eo in sensu habitis, quibus matrimonii valor haud pessumdaretur, neque praecisam uxoris conventate manifestationem continent, sed tantummodo *impressionem* significant a teste haustam ex conversationibus cum illa habitis, statim nempe eadem testis subiungit: « *impresión*, que ha sacado de sus conversaciones con ella, aunque Dª R. no emplease precisamente estos términos, por la poca importancia que daba D. R. al lazo conyugal », et quoniam « si toleraba las prohibiciones que le hacía su esposo, de matricularse en ciertos centros docentes, era porque consideraba que aquello no iba a durar siempre y que algún día recuperaría la libre disposición de su persona ». Nec aliud nisi propriam *impressionem* eadem testis refert, dum dein interrogata « si Dª R. se creía verdaderamente casada, o se creía enteramente libre », respondit quod ex pluribus conversationibus cum conventa habitis « infiere que dicha señora no concedió el menor valor a las propiedades y obligaciones del matrimonio canónico, al que se sometió como un rito exterior exigido por las conveniencias sociales ». Demum M. E., quae quidem ex frequenti et fere continua conversatione cum conventa ante huius nuptias sufficientem rationem habebat, ut eius de re intentionem sciret, sicuti illam de prolis exclusione novisse affirmat, nihilominus deponit quod « *nunca oyó decir a Dª R. que fuese a una unión con D. A. disoluble a voluntad* », licet de proprio tantum iudicio subiungit quod « siempre auguró que dicha unión,

si llegaba a realizarse, no tendría buen fin, debido a las ideas raras de D[a] R. acerca de la libertad de la mujer » (ad interrog. 11am).

18. - Quod si demum perpendantur testium depositiones coram Nostro Auditorio habitae, neque ex iis plene evincitur conventam matrimonium suum inivisse sub positiva voluntate vinculi perpetuitati contraria.

Et re quidem vera testes sorores *M. de M. et M. a S. B. B.*, actoris consobrinae, in eo concordes sunt, quod scilicet coniuges matrimonium suum iniverunt cononicum, uti omnes illud inire solent: « Yo estoy persuadida — ait prior testis — de que ellos fueron al matrimonio correctamente y como cristianos, con intención de celebrar matrimonio canónico, como lo celebran todos. Desde luego nunca he oido, ni sé, que intentaran celebrar matrimonio de prueba o solamente civil » (ad 13); et altera testis pariter affirmat: « No sé que los esposos intentasen realizar matrimonio de prueba, temporal o civil; en este aspecto todo se desarrolló normalmente, como cualquier otro matrimonio; jamás he sabido yo cosa alguna en contrario » (ad 13). Nonnulla quidem coniugum dicta contra coniugii indissolubilitatem ab utraque teste referuntur; nam M. D. M. C. ait: « Ya después de casada... cuando ya ellos a los cinco o seis meses del matrimonio andaban mal entre sí, la oí decir que era una monstruosidad que el matrimonio fuera indisoluble, cuando dos seres no se entendían » (ad 12) et alibi: « En la conversación última que... ambos esposos tuvieron conmigo (exeunte scilicet aestate 1948) mi primo me dijo que su mujer había ido al matrimonio religioso mas bien por guardar las apariencias sociales...; últimamente me dijo ella que fundaban la nulidad del matrimonio en que ella ya antes de casarse había manifestado a mi primo que ella *no creía* en la indisolubilidad del matrimonio y que estaba dispuesta a deshacer ese matrimonio, si no se ponían de acuerdo después de casados » (ad 13); et *M. a S.* pariter deponit: « Hace aproximadamente un año... mi primo nos dijo que se habían separado, porque ella no quería tener hijos, que *no creía* en la indisolubilidad del matrimonio, y que siempre *pensó* en divorciarse o separarse, si no congeniaban en la forma de pensar » (ad 19). Sed eiusmodi manifestationes coniugum a praefatis testibus relatae suspectiori iam tempore factae fuerunt, quam ut fides illis adhibeatur: neque aliunde tales sunt, ut pro positivo voluntatis actu indissolubilitatem excludente ante nuptias posito, potius quam pro errore adnexaque interpretativa voluntate eo in sensu habitis certo accipiendae sunt.

Nec nova depositio testis C. A. C., quamtumvis actoris intentioni favere videtur, eo tamen est, qua asserta indissolubilitatis positiva exclusio probetur. Praeter namque quod iste testis, utpote sibi in substantialibus non constans, uti iam alibi diximus, fidem in iudicio non mereatur, neque eius dicta aliunde probarent M. a R. positivo voluntatis actu coniugii indissolubilitatem exclusisse potius quam interpretativam tantummodo eo in sensu habuisse voluntatem, quatenus nempe ideam fovebat possibilitatis divertendi a marito, modo coniugii exitus infelix evasisset. Et re quidem vera Dnus. A. C. de conventae ideis potius quam positivo voluntatis actu contra coniugii indissolubilitatem testatur, vel saltem rem dubiam relinquit, dum ait: « Mi prima... me dijo... que las relaciones se habían roto por el distinto *criterio* que tenían ella y su novio sobre el matrimonio y los deberes que éste imponía; mi prima decía que no admitía el matrimonio como una unión permanente... A mí personalmente me hizo muchas veces esas manifestaciones y yo discutí muchas veces sobre ese punto, para tratar de convencerla de lo contrario, pero no lo logré nunca »; item « Horas antes de contraer matrimonio... en mi deseo de disuadirla de esas *ideas o intenciones*... traté de disuadirla de que se casase, ya que no podía convencerla de que cambiase de *ideas o intenciones* respecto al matrimonio; pero ella me dijo que D. A. había aceptado las condiciones de ella y que por eso habían hecho las paces » (ad 6). Sane ex hisce verbis certo colligere non licet M. a R. positivum elicuisse voluntatis actum, quo coniugii ineundi indissolubilitatem respueret, sed potius sub habituali tantummodo seu interpretativa eiusmodi voluntate nupsisse, quatenus haec voluntas subsequeretur aberrantibus eiusdem conventae ideis, super quibus et A. morem ipsi iam gerebat. Quod et magis firmatur hisce aliis eiusdem testis verbis: « Nunca oí ni creo que mi prima pensara nunca en casarse sólo civilmente o en celebrar un matrimonio solo temporal y amistoso; *ella fué al matrimonio como van todas, aceptando por lo menos en la forma externa el matrimonio de la Iglesia* »; et licet idem testis adiungit: « pero con las reservas que he dicho antes », id tamen ita explicat: « *se casó pensando que él había aceptado lo que ella había dicho sobre el matrimonio y los hijos* » (ad 13). Conventa igitur, iuxta testem, matrimonium inivit canonicum, uti omnes in genere inire solent, praevalenti ergo illa intentione, quae sola sufficit ad valide contrahendum, cui nec officit quod illa ideam et vel subsequentem habitualem seu interpretativam foverit voluntatem divertendi a marito, si coniugii exitus infelix evasisset, neque quod ipsa nupserit quia, cogitavit actorem easdem fovere ideas, alias

vero minime nupsisset, quoniam hic nonnisi interpretativa lateret voluntas, atque error aut opinio in subiecta materia, licet dans causam contractui, eum tamen nullatenus vitiat. Quod si demum idem testis asserit quod conventa post matrimonium initum « no pensaba más que en que tenía una unión amigable con su marido » (ad 23), haec quidem prorsus non concordant cum iis quae ipsemet antea deposuerat, affirmas M. a R. ne quidem unquam cogitasse « celebrar un matrimonio sólo temporal o amistoso », quod ceterum vel ipsa conventa etiam fatetur, uti iam supra vidimus.

Duo alii testes noviter inducti, nempe F. M. I. M., apud Nostrum Auditorium de asserto nullitatis capite etiam deposuere, sed neque eorum testimoniis evincitur positiva indissolubilitatis exclusio ex parte uxoris conventae in matrimonio ineundo. *Dnus M.* ita quidem deponit: « Durante aquella ruptura (sponsalium nempe) me confesó (actor) que la cusa había sido, porque ella no quería tener hijos, y además *decía que el matrimonio no era para toda la vida, sino que si a alguno de los dos no le iba bien, poder separarse,* y como él no podía admitir nada de eso, por ello se habían roto las relaciones »; restauratis vero sponsalibus, testis prosequitur: « Yo le pregunté a él, si ella había cambiado en su manera de pensar respecto del matrimonio y los hijos, y él me dijo que no; pero que, como era muy joven, esperaba que cambiaría » (ad 6). Causam vero significans, qua M. talia de matrimonio loqueretur, testis ait: « El Sr. B. me decía también... durante el noviazgo que su entonces novia no aceptaba la perpetuidad del matrimonio, porque estaba influida por lo que había ocurrido en casa de sus padres (infelicitatem scilicet huius coniugii ob patris culpam) » ad 7). At neque ex istis locutionibus genericis contra matrimonii perpetuitatem, quae a teste ex relatis ab actore M. R. tribuuntur, aperte colligitur eam positivum elicuisse actum indissolubilitatis exclusivum in matrimonio ineundo cum A. Aliud namque est genericas eiusmodi locutiones contra matrimonii perpetuitatem ostentare ob incommoda inde forte obventura, aliud vero plane diversum nuptias reapse inire sub positivo, voluntatis actu indissolubilitatem excludente, quod ultimum in concreto et invicte probari debet, ut matrimonium dicatur nullum. Eo vel magis haec invicta probatio in casu necessaria erat, quod sponsi post semel abrupta sponsalia, ea denuo restaurarunt, quin iam amplius, uxore aiente, quaestio ulla super re mota fuerit, morem dein gerente sponso ideis eadem super re ab illa ostentatis, utroque autem ad nuptias accedentibus mutuo amore captis, uti ipsi fatentur et testes in genere confirmant, unde nec M. a R. ulla erat ratio metuendi

infelicem nuptiarum exitum. Quodsi demum idem testis Dnus M. affirmat: « Tenía una idea obsesiva contra la indisolubilidad del matrimonio por lo que había visto en su casa; ella no estaba conforme con la doctrina de la Iglesia sobre la indisolubidad del matrimonio, que cerraba la puerta a toda solución para matrimonios desgraciados » (12); et insuper: « Ella decía que su matrimonio era una prueba y que, en cuanto le fuera mal, se separaría, que no estaba dispuesta a ser desgraciada, como lo había sido su madre » (ad 23)! haec tamen a teste referuntur de tempore nuptias subsequenti et quidem postquam coniugum convictus pacificus iam non erat, ideoque tempore iam valde suspecto, ait namque testis: « Yo la he oido hablar de eso a Dª R. ya después de casada, cuando ya comenzaron las discusiones entre ellos, al año o año y medio de casados » (ad interog. ex offic. in fine depos.). Et aliunde idem testis affirmat quod uxor, praefatis locutionibus contra matrimonii indissolubilitatem non obstantibus, « se consideraba casada » (ad 23), quod et grave iam praestat argumentum illam, praefatis locutionibus genericis contra matrimonii indissolubilitatem, hanc vero essantialem proprietatem positivo voluntatis actu in suo matrimonio ineundo minime exclusisse. Alter vero testis *Dnus M.* ita deponit: « El me dió como explicación de aquella ruptura (sponsalium scilicet) que no estaban de acuerdo en el *modo* de celebrar el matrimonio, porque ella no quería tener hijos, y que se casaba de una manera circunstancial, y que no quería exclavizarse a su marido » (ad 6). Sed imprimis verba ista, quae uxori tribuuntur, nimis vaga et imprecisa sonant, ita ut haud immerito accipi simpliciter valerent pro illius studio sese subducendi ab auctoritate mariti in coniugali societate, licet valide inita, uti vel ipsemet actor fatetur, dum ait: « Ella decía que la mujer no tenía por qué supeditarse al marido en nada, que no reconocía la autoridad del marido en cuanto a normas de vida, en la casa, educación de los hijos, etc. » (ad 5 in dep. apud Nostrum Auditorium); quod et confirmatur ab *uxore conventa*: « Yo concebía el matrimonio como una sociedad de igualdad entre marido y mujer » (ad 5 apud Nostrum Auditorium); et roboratur a testibus: « Me decía Dª R. — ait M. E. ad 12 apud Trib. X. — que la mujer debe tener los mismos derechos y libertad que el marido »; et *Dnus M.*: « Ella consideraba a todas las mujeres casadas como esclavas; su frase era que « las mujeres al casarse se vendían por un potaje », pero que ella no se vendía así, y que no reconocía la autoridad del marido. Un motivo de las discusiones era que ella queria desde el primer día colocarse, para vivir más independiente de su marido » (ad 1° apud Nostrum Auditorium); nec aliter C. A. « No admitía

la autoridad paterna y marital » (ad 6 apud Nostr. Audit.). Iam vero ex isto concepto et modo loquendi M. a R., quantumvis vitioso et non adprobando, circa mariti auctoritatem in coniugali societate, concludere haud licet pro positiva exclusione indissolubilitatis coniugii ex parte ipsius, uti planum est. Aliunde ipsemet testis *Dnus M.*, praedictis non obstantibus, ita prosequitur: « No sé que ellos intentasen prescindir del matrimonio canónico y celebrar sólo una mera unión de prueba, por cierto tiempo, o meramente civil » (ad 13).

19. - Minutatim igitur et partim et testium dictis omnibus perscrutatis, quae pro asserta indissolubilitatis excussione in casu directe invocari possent, infrascripti Auditores de turno concludendum esse tenent haud certo probari praefatam essentialem proprietatem in matrimonio ineundo ab uxore conventa positivo voluntatis actu exclusam fuisse.

20. - Quod vero directe non probatur, indirecte potius infirmatur ex modo agendi M. R., postquam pacifica esse desit eius cohabitatio cum marito. Constat namque cohabitationem istam, pacificam quidem per duos circiter ad summum annos, dissidiis licet dein iam iam plenam, protractam vero fuisse ad undecim a matrimonio inito annos, nempe usque ad annum 1942, quo tandem ambo convenerunt ab invicem discedere, et quidem adhuc nonnisi moerore uterque affecti, utpote adhuc aliquatenus mutuo amore capti licet iam inde ab anno 1938, instante marito assentienteque uxore, apud Tribunal ecclesiasticum X. causa pendebat nullitatis eorum matrimonii. Ad rem *actor* ita declarat: « Vivimos... en paz sólo dos o tres años... incoamos la causa de nulidad de nuestro matrimonio, viviendo aun juntos. Los dos estábamos de acuerdo en la tramitación de la causa... En vista de que ella insistía cada vez más en su manera de pensar y de actuar, yo consulté el caso... Entonces me decidí yo a plantear la cuestión de la causa de nulidad. Esto era a fines de 1937 o principios de 1938. Nosotros seguimos viviendo juntos... así seguimos hasta el año 1942 en que acordamos el saperarnos de casa... Yo realmente sentí el separarme de mi mujer, porque en el fondo yo la seguía queriendo » (ad 17, 18, 19, apud Nostrum Audit.). Etiam *uxor* asserta pacifica conviventia « durante algún tiempo, quizá menos de un año », affirmat dein dissidia exorta fuisse, et ait: « Se fué creando un distanciamiento y separación espiritual entre nosotros que hacía intolerable ya la convivencia »; sed prosequitur: « Por otra parte procurábamos guardar las apariencias... aunque la familia y amigos íntimos se daban perfecta cuenta del

distanciamiento que había entre nosotros. Nos separamos definitivamente ya después de incoado el pleito de nulidad de nuestro matrimonio... Ya incoado el pleito y en tramitación, seguíamos nosotros saliendo juntos y alternando con otros matrimonios y amistades, aparentando que nada había entre nosotros... A mí me costó separarme de mi marido y a pesar de todo aun conservaba algún cariño hacia él, y é, según me dijeron, también lo sintió » (ad 16, 18, 19 apud Nostrum Aud.). Et testes confirmant vitam communem coniugum, initio pacificam, dein licet dissidiis turbatam, ad decennium saltem protractam fuisse: « Han vivido juntos - M. de M. C. B. - unos diez años, hasta el año 1942, en que se separaron... se veía que eran dos caracteres opuestos; bastaba que uno dijera una cosa, para que el otro dijera lo contrario... Todos los que teníamos alguna relación con los esposos, nos dábamos perfecta cuenta de las disensiones... entre ellos, aunque socialmente ellos aparecían siempre juntos » (ad 19 apud N. Audit.); et *F. M.* confirmat: « Han vivido puntos nueve o diez años y en paz sólo uno o dos... La separación... no sé si fué el 1940 o 1941... por acuerdo de ambos, porque ya no podían aguantarse más el uno al otro » (ad 19, 20 apud N. Audit.); denique, aliis etiam concordibus testimoniis omissis, *M. E.* deponit: « Durante dos o tres años yo no observé nada anormal entre ellos... Luego yo personalmente pude comprobar ciertos altercados entre los esposos, debido a que ella quería profesores varones, para reanudar sus lecciones de piano, interrumpidas con motivo de sus relaciones prematrimoniales, leía libros que no gustaban al esposo, quería aprender taquigrafía, etc... Vivieron juntos desde que se casaron hasta que, habiendo introducido esta demanda.., al ver que la solución del pleito no llegaba, decidieron separarse amigablemente... (ella) me dijo que les era imposible vivir juntos, porque de lo contrario una noche se iban a matar » (ad 18, 19, 20 in act. supplem.). Iam vero, si M. a R., uti contenditur, amicabilem tantum unionem cum A. inire intendisset, sibique ius serio reservasset divertendi, si ista unio infelix exasisset, perdifficile explicaretur curnam ipsa tam molestam cohabitationem tandem sustinuerit et antea non abruperit, ac vel matrimonii nullitatem ipsamet non accusaverit, sed nonnisi quando maritus utrumque faciendi consilium cepit, assensum suum ipsa praestiterit. Itaque tum partes tum testes, super iis interrogati in Nostro Auditorio, vel nullam vel omnino non sufficientem explicationem afferunt. Et re quidem vera *actor* quaestionem evadit potius quum ingreditur, dum ait: « Yo creo que ella no planteó el divorcio, porque nada tenía que alegar contra mí » (ad 22, quaes. ex offic.);

cum ne quidem de marito exprobando, sed de invocanda intentione, qua ipsa nupsisset, quaestio fuisset, ut propriam libertatem recuperaret. Neque *uxor* suum modum agendi satis explicat, quando affirmat: « Yo no denuncié la nulidad de mi matrimonio, porque no me consideraba en circustancias económicas para afrontar los gastos consiguientes y porque además yo no sabía que pudiera yo hacerlo » (ad 23); sane, praetermisso illo deficienti statu oeconomico, cum vel etiam pauperibus iustitiam in tribunalibus patere omnibus notum sit, prorsus incredibile insuper est uxorem ignorasse matrimonium suum de nullitate denuntiari ab ipsa posse, si revera illud ita inivisset, uti ipsamet contendit; et tandem aliquando, quidquid esset de ista uxoris ignorantia, adhuc inexplicatum maneret curnam ipsa propriam libertatem quoquo modo, iure sc. vel secus, recuperare non intendisset, matrimoniali suae infelicitati finem imponens. Nec validiorem rei explicationem affert testis *I. M.* qui deponit: « Me lo explico por una paciencia exagerada de mi cuñado; ella hacía lo que le daba la gana tél lo que le parecía, y así se pudieron tolerar tanto tiempo »; item: « Ella no se ocupó de denunciar su matrimonio, mientras su marido la dejó hacer lo que a ella le agradaba »; quae quidem potius referenda essent ad tempus, quo coniugum vita disensionibus iurgiisque non fuerat turbata, morem gerente marito iis, quae uxori placebant; sed inexplicatum maneret curnam uxor, postquam coniugalia iurgia exorta fuere, de quibus ipsemet Dnus M. testatur, convictum cum marito adhuc sustinuerit. Quod si idem testis hoc ultimum explicare intendens, ait: « Después — post abruptam sc. harmoniam coniugalem — no lo ha hecho (denuntiare sc. suum matrimonium), porque le daba igual divorciarse que no. No le daba importancia a nada de la vida »; exinde tamen potius concludere liceret M. R., quidquid ipsa dictitasset, nullam habuisse *seriam* ac *firmam* voluntatem divortiandi, quando matrimonium inivit. In hoc sensu abundat testis *S. R.* qui M. a R. cum inde ab infantia bene novisset multumque pertractasset, ita asserit: « Yo me supongo que antes no habrían previsto... la separación, en los momentos de casarse, pero en todo caso, como existía la ley del divorcio cuando contrajeron el matrimonio, estoy seguro que ella pudiera ver en esta ley una garantía de remedio al posible error cometido al casarse » (ad 21) ad summum igitur M. a R., iuxta testem, ante matrimonium cogitasset quidem de possibili futuro divortio uti remedio coniugalis infelicitatis forte sequuturae, quin tamen positivum voluntatis actum divortiandi tunc elicuerit, proindeque matrimonium ex eo capite, iuxta supra dicta in iure, nullum dici nequit.

21. - Nunc iam ad alterum nullitatis caput, *prolis* scilicet *exclusionem*, deveniendum Nobis est. Qua in subiecta materia, iuxta supra exposita in iure, invicte probari debet non tantum prolem in seipsa sed et in sua radice, seu non tantum iuris exercitium, sed ius ipsum ad prolem exclusum a nupturientibus fuisse.

Iam vero, actis perscrutatis, libenter quidem concedendum est M. R. nupsisse cum intentione manifestata filios non procreandi, A. autem, licet primum eiusmodi intentioni sponsae renuentem, quare et sponsalia interrupta quidem fuerunt, tamen postea, sponsalibus reassumptis, tali sponsae intentioni adhaesisse, seu melius morem externe gessisse, spem licet foventem M. a R., post matrimonium, a sua prava voluntate avertendi filiosque procreandi.

Haec quidem ex utriusque coniugis dictis in repetitis eorum depositionibus satis aperte colliguntur. Profecto *uxor,* quae iam in sua prima iudiciali confessione suggerentibus interrogationibus a Iudice ipsi delatis responderat se matrimonium cum A. inivisse « con la condición de evitar la generación »; iterum dein excussa iuxta interrogatoria a Defensore vinculi X. exhibita, affirmavit: « Que había hablado a D. A. acerca de non tener hijos... patentizándole (perdurantibus sponsalibus) su intención de no procrear hijos... Que cuando hizo esta propuesta, estuvo en su ánimo la intención mantenerla siempre... Que hizo esta propuesta... manteniendo en su interior y a toda costa una firme decisión de no tener hijos... Que al dar el consentimiento, permanencía en ella el propósito y el deseo de evitar la prole » (ad 3, 4, 5, 7); antea vero iam dixerat sponsalia interrupta semel fuisse « porque comprendía... que no habían de entenderse en el asunto relativo a la procreación de los hijos » (ad 2). Tertio autem excussa eadem uxor, ad interrogationem: « Si es cierto que D. A. rompió las relaciones amorosas con la declarante, porque se negó a aceptar la condición... de no tener hijos », respondit: « Afirmativamente »; atque iterum interrogata: « Si el reanudadas las relaciones... mantuvo ella las referidas condiciones — contra prolis scilicet et sacramenti bona — », respondit: « Que ella las mantuvo y D. A. también las aceptó al menos aparentemente ». Demum coram Nostro Auditorio apte interrogata, ita eadem uxor tenet: « Yo tenía miedo a tener hijos... y de esto hablé a él durante el noviazgo, y le llegué a poner a él como condición que no tendríamos hijos. El me discutió esto »; quae quidem ad tempus sponsalium interruptionem antecedens abs dubio referuntur, nam deinde ipsamet prosequitur: « Seguimos hablando de esto incluso después de la reconciliación, pero ya él entonces me seguía la corriente. Después de la reconciliación yo ya no tuve ningún motivo para dudar

de que él no estaba conforme con mi actitud respecto de los hijos » (ad. 6). Nec aliter affirmat *actor,* qui, postquam in prima sua iudiciali confessione Iudici suggestive interroganti responderat: « Que desde luego esa condición — id est « de no tener hijos » — fué impuesta como indispensable para realizar la unión entre ambos », et secundo postea iudicialiter excussus et non minus suggestive interrogatus, etiam dixerat M. tempore sponsalium ipsi manifestasse « el propósito... de no tener hijos », eaque de causa sponsalia interrupta fuisse, iisque restauratis, illam in isto suo proposito perseverasse, eumque seipsum acceptasse, licet « no pura y simplemente, sino con la esperanza de hacer volver algún día a Dª R. sobre su acuerdo »; demum in N. Auditorio aptis interrogationibus excussus ipsemet actor affirmat: « Ella decia: Para poder divorciarnos, si llega el caso, tenemos que estas siempre libres de hijos y, por consiguiente, yo me caso contigo con la condición expressa de que hemos de evitar los hijos... Esto era en ella una verdadera obsesión... Yo insistía en que me casaba para formar un hogar y tener hijos y que tenía derecho a tenerlos; pero ella me replicaba que no me reconocía tal derecho » (ad 7): quae quidem de tempore sponsalium interruptionem antecedente dicta haberi debent, nam idem actor asserit: « Al reanudar las relaciones, ella me volvió a insistir en que sostenía sus puntos de vista... sobre esos mismos puntos seguimos hablando en distintas ocasiones; pero yo le seguía la corriente y ya no tuvimos por ellos ningún otro disgusto » (ad 6).

Quae et a testibus etiam satis confirmantur, quantum scilicet res adeo intimae sinunt, quae a nupturientibus vulgari non solent. Sufficiat nonnulla testimonia hic recolere, ea praesertim quae ad tempus nuptias antecedens se referunt. Et imprimis *M. E.,* quae M. a R. tempore sponsalium addicta uti v. d. « señora de compañía » nonnulla idcirco de re ab ipsa audire potuit, in prima sua iudiciali depositione iam affirmavit: « Que Dª R. expresó a la declarante antes de su unión con D. A. su tenaz resistencia a tener hijos; que la declarante veía que procedían a la celebración del matrimonio y que ella (sponsa) seguía con dicha resistencia... Que cortaron las relaciones... Que la declarante vió que las relaciones se reanudaban; que el propósito de Dª R. de no tener hijos era inquebrantable y que la declarante entendió que D. A. se había conformado con el criterio de su novia de no tener descendencia » (ad 11, 12, 13); in secunda vero depositione eadem testis confirmat: « Que Dª R. le manifestó más de una vez a la testigo que no quería tener hijos, hasta el punto de que, si se casaba, no los tendría...; que... observaba (testis) que algunas veces tenían altercados... que conocía (testis) el criterio de D. A. opuesto

al de su novia en la de no tener descendencia », et « alguna vez Dª R. manifestó a la declarante que el origen de los disgustos entre ella y su novio era la voluntad de Dª R. de no tener descendencia... Que, después de tres meses de relaciones, Dª R. manifestó a la testigo que en vista de que ella y su novio no llegaban a un acuerdo, iban a suspender las relaciones por dos meses, marchando ella a M. a casa de una hermana suya... Que a los dos meses del regreso de Dª R. de M., D. A. solicitó y obtuvo de aquélla una entrevista, de la cual salieron ambos conformes en seguir las relaciones: que supone la declarante que D. A. había aceptado el criterio de Dª R. de no tener descendencia, ya que la testigo pudo comprobar que la mencionada Dª R. seguía firme en su voluntad de no tener hijos » (ad 11, 12, 13); denique in suppletiva inquisitione a N. Auditorio peracta, eadem testis iterum asserit: « Ella no quería tener hijos » (ad 7). Etiam *F. M.* coram N. Auditorio deponit: « D. A... durante aquella ruptura (sponsalium) me confesó que la causa había sido, porque ella no quería tener hijos... y como él no podía admitir nada de eso, por ello se habían roto las relaciones »; reassumptis vero sponsalibus « yo le pregunté aél — prosequitur testis — si ella había cambiado en su modo de pensar respecto del matrimonio y de los hijos, y él me dijo que no; pero que, como era muy joven, esperaba que cabiaría; y ya siguieron las relaciones con mutuo entusiasmo y dando muestras de estar muy enamorados » (ad 6). Et I. M. coram N. Auditorio pariter deponit: « El me dió como explicación, de aquella ruptura que no estaban de acuerdo en el modo de celebrar el matrimonio, porque ella no quería tener hijos »; affirmat dein sponsalia iterum reassumpta fuisse et prosequitur: « Yo no supe que durante todo ese tiempo anterior a la boda se volviese a suscitar cuestión alguna entre ellos sobre los hijos... y no sé si ellos se pondrían de acuerdo en el asunto de los hijos o qué pasaría » (ad 6).

22. - Ex actis pariter plene constat M. R. in prava sua voluntate filios non procreandi tenaciter perseverasse post nuptias, adeo ut nonnisi illas admiserit sexuales coniunctiones, ex quibus, opportunis adhibitis cautelis, prolis generatio haud sequeretur, quin maritus, qui quidem huic detestabili praxi morem primum gerebat, ab ea postea recedere volens, pravam uxoris voluntatem deflectere unquam valuerit. Hoc impudenter affirmare uxor non veretur; in secunda namque eius confessione iudiciali ita asserit: « El matrimonio nunca fué consumado... siempre el contacto se hizo utilizando aparato que evitara la generación... hubo disgustos y discusiones... debido a que consideraba D. A. como

ofensivo a su persona que ella se negara a tener hijos de él » (ad 9); quod et in tertia sua depositione ratum habuit hisce verbis: « En sus relaciones con D. A. se usaron siempre medios preservativos »; et demum coram N. Auditorio pariter affirmavit: « Enseguida de casado consumamos el matrimonio, sin que yo pusiera le menor dificultad a ello, pero usando de las debidas precauciones, para no tener hijos, sin que surgiera ninguna cuestión entre nosotros sobre esto, como cosa en que los dos estábamos conformes. Así estuvimos durante algún tiempo, quizá menos de un año... pero yo luego mi marido empezó a mover cuestión... queriendo que tuviéramos hijos, pero ya luego se volvía él a avenir, porque yo se lo imponía. Hacíamos uso del matrimonio mediante preservativos, sin que yo tuviera que adoptar por mi parte precaución alguna, porque ese medio adoptado por él era ya eficaz de suyo » (ad 16). Quibus plene concordat *actor* qui in secunda sua confessione iudiciali iam asseruit: « Que el propósito de Dª R. era el de impedir le generación de los hijos, para lo cual en todas sus uniones carnales adoptaron medios preservativos »; et coram N. Auditorio iterum affirmavit: « Una vez casados hacíamos uso del matrimonio, pero siempre mediante preservativos, para evitar la procreación. En los primeros tiempos no se suscitó entre nosotros cuestión alguna sobre este tema. Pero yo ya luego quise cambiar, diciéndola que quería tener hijos, y entonces surgieron disgustos y ella insistía que no quería tener hijos de ninguna manera. Siempre que usamos del matrimonio, lo hicimos en la forma dicha » (ad 16).

Quae satis confirmantur a testibus, quos inter *I. M.* pharmacopola, in N. Auditorio excussus ait: « Yo puedo asegurar que los esponsos usaban preservativos en el uso del matrimonio. De esto me consta expresamente por mi mismo cuñado. El quería tener hijos y siempre lo quiso, y tenía esperanza de convencer a su mujer de que accediese a esto, pero ella se mostró siempre irreductible en este punto, y sobre esto versaban la mayor parte de sus discusiones después de casados, habidas muchas de allas en mi presencia » (ad 18). Et *E. B.*, medicus, pariter refert: « Que en una ocasión D. A., por haberle dicho el declarante que la discrepancia con Dª R. desaparecería apenas tuviese sucesión en el matrimonio, le dijo con toda franqueza que ello era imposible, bien porque su señora en ocasiones se resistía al acceso carnal, bien porque en el caso de consentir en ello, procuraba Dª R. que el acto carnal no fuera fructifero... que era criterio cerrado de Dª R. no tener sucesión lo cual le confirmó al declarante dicha señora en más de una ocasión » (ad 24). Nec aliter *M. I. E.*,

quae in sua prima depositione asseverat M. a R. ipsi dixisse: « Que nunca intención de tener hijos y que siempre ha puesto los medios para evitar la generación » (ad 23). Quibus plene concordat C. *C. A. C.*, qui iam in sua prima depositione affirmavit quod: « A D. A. le oyó decir en repetidas ocasiones que no por una sola vez había praticado la unión carnal con Dª R. de un modo completo y matrimonial, sino empleando siempre procedimientos y prácticas anticonceptionistas » (ad 17); et coram N. Auditorio confirmat: « Una vez casados, yo sé que no hacían recto uso del matrimonio; de esto se me ha lamentado a mí el Sr. B. acaso antes de pasar el año de casados, diciéndome que ella no consentía en hacer recto uso del matrimonio y que aunque él trataba de convencerla de lo contrario, no lo lograba » (ad 18).

23. - Praedictis licet sic stantibus tum de intentione a M. a R. ante nuptias manifestata filios non procreandi, tum de detestabili onanismo, quo et intentio illa in praxim deduceretur uxor semper curavit, rectum matrimonii usum constanter ipsa reluctans, non tamen idcirco concludendum illico est pro matrimonii nullitate ex capite exclusionis prolis. Simplex namque nupturientium voluntas seu intentio contra prolem, uti edicitur in sententia S. R. R. *coram Quattrocolo diei 17 ianuarii 1940,* « matrimonii validitati... profecto non obstat; nam consensus implicitus sese obligandi ad matrimonium cum animo veram copulam non habendi cum matrimonii valore componitur, quatenus consensus in veram copulam necesarius tantum est ex parte contractus quoad executionem » (ib. n. 14); neque media praeservativa, constanter licet adhibita ad conceptionem prolis vitandam, argumentum de se constituunt « ad exclusionem iuris ad copulam affirmandam et ad assumptam obligationem denegandam, cum profecto ea aequivoca sint, et convenire aeque possint nupturientium proposito matrimonialibus iuribus dumtaxat abutendi et assumptam obligationem non adimplendi » (ib. n. 15; cfr. etiam *S.R.R. diei 12 iunii 1940, n. 7*). Quinimo, iuxta supra exposita in iure, praesumptio eiusmodi in casibus stat pro matrimonii abusu potius quam pro iuris matrimonialis exclusione, propter favorem iuris quo matrimonium gaudet, nisi propter speciale pactum ab utroque nupturiente initum, vel propter veram conditionem sine qua non ab alterutro consensui matrimoniali adiectam de prole vitanda praefatae praesumptioni per contrariam, adiunctis omnibus perpensis, derogari dicendum est, vel saltem propter plene probatam intentionem, etiam citra conditionem vel pactum, detrectandi prolis generationem *in perpetuum,* adiunctis omnibus pariter perpensis, ius ipsum et non tan-

tum iuris usum exclusum fuisse certo tenendum sit. De hisce igitur omnibus inquirendum adhuc superet in casu.

24. - Iam vero nullum formale pactum de prole vitanda a nupturientibus in casu initum fuisse, vel ex utriusque coniugis iudiciali confessione apertum est. Ambo namque conveniunt sponsalia interrupta fuisse ea praecise de causa, quoniam scilicet ideis vel intentioni contra prolem a M. manifestatis A. obstitit: « Cuando ví su insistencia en esos puntos — ait actor — me decidí a romper las relaciones » (ad 5 in Nostro Auditorio); nec aliter uxor, quae interrogata in secundo eius examine: « Si es cierto que D. A. rompió sus relaciones amorosas con la declarante, porque se negó a aceptar la condición de... no tener hijos », respondit: « Afirmativamente ». Et idipsum confirmatur a testibus, quorum *F. M.* ait: « D. A... durante aquella ruptura me confesó que la causa había sido porque no quería tener hijos... y él no podía admitir nada de eso » (ad 6); et *I. M.* similiter deponit: « El me dió como explicación de aquella ruptura que no estaban de acuerdo porque ella no quería tener hijos » (ad 6). Sponsalibus autem reassumptis », ella me volvió a insistir — affirmat actor — en que sostenía sus puntos de vista... A mí me desagradaba todo esto, pero no obstante me conformé, con la esperanza de que todo cambiaría después... yo le seguía la corriente, y ya no tuvimos por ello ningún disgusto » (ad 6 in N. Audit.); pariter *uxor*: « seguimos hablando de esto incluso después de la reconciliación, pero él entonces ya me seguía la corriente... yo ya no tuve ningún motivo para dudar de que él estaba conforme con mi actitud respecto de los hijos » (ad 6 in N. Audit.). Nec aliter intelligenda sunt nonnullorum testium dicta, quatenus ex relatis ab ipsis coniugibus affirmant A. tandem acceptasse intentionem M. a R. contra prolem. Itaque C. A. C., suggestivae interrogationi ipsi delatae, respondere facillime potuit sponsalia reassumpta fuisse, quoniam A. condicionem ipsi a M. a R. impositam filios non habendi acceptavit (ad 10 in 1ª et 2ª dep., et ad 6 in N. Audit.); ast ipsemet testis etiam affirmat quod A. « fué al matrimonio pura y simplemente, con la esperanza de poder disuadir algun día a su futura esposa de su propósito de no tener hijos » (ad interrog. ex off. in 2ª dep.); et similiter M. R. B., quae licet iudici pariter suggerenti etiam affirmavit acceptationem conditionis contra prolem ex parte A. (ad 10 in 1ª dep.), tamen ipsamet pariter affirmat: « El Sr. B. estaba convencido de que él con el trato continuo con ella la haría pensar en forma que rectificase sus propósitos acerca de la exclusión de tener hijos » (ad 10 in 2ª dep.). Ex quibus concludendum est A. quidem M. a R. adhaesisse

seu melius morem gessisse, licet externe tantum seu ficte, ad prolem in matrimonio defraudandam, sed nullam cum muliere conventionem eo in sensu invisse nullamque eiusmodi obligationem contraxisse. Quod adeo verum est, ut aliquantum post nuptias A. questionem movere coeperit, licet incassum, ad filios ex uxore generandos. « Luego yo ya quise cambiar — ait actor —, diciéndola que quería tener hijos, y entonces surgieron disgustos y ella insistía en que no quería tener hijos de ninguna manera » (ad 16 in N. Audit.); pariter uxor: « Luego mi marido empezó a mover cuestión... queriendo que tuviéramos hijos, pero... se volvía a avenir, porque yo se lo imponía » (ad 16 in N. Audit.). Quod roboratur a testibus, quos inter *I. M.* ait: « El quería tener hijos y siempre lo quiso, y tení esperanzas de convencer a su mujer de que accediese a esto, pero ella se mostró siempre irreductible en sste punto, y sobre esto versaban la mayor parte de las discusiones después de casados, habidas muchas de ellas en mi presencia (ad 18); et *C. A. C.*: « Se me lamentó a mí al Sr B., acaso antes de pasar el año de casados, diciéndome que ella no consentía en hacer recto uso del matrimonio, y que aunque él trataba de convencerla de lo contrario, no lo lograba » (ad 18 in N. Audit.). Pactum igitur de filiis non procreandis inter utrumque contrahentem haud conclusum fuisse ex actis plene evincitur; idcircoque pro matrimonii abusu potius quam pro ipsius iuris exclusione generalis praesumptio, quae ex formali isto pacto infirmari posset, in toto suo robore permanere dicenda est.

25. - Ad questionem dein Nobis examinandam, utrumne M. a R. veram suo matrimoniali consensui adiecerit conditionem sine qua non filios non procreandi, siquidem nonnullis coniugum iteratis affirmationibus fides adhiberetur, prona flueret responsio affirmativa. Itaque *uxor*, quae iam in prima sua iudiciali confessione de *conditione apposita* filios non procreandi expresse loquitur, quam et praevalere voluisse affirmat matrimonii validitati (« la *condición puesta* — filios scilicet non habendi — siempre la prefirió a todo, sin que le importara la nulidad — matrimonii —, es decir que si hubiera salibo la contradicción entre la *condición* y la validez — de quo ne quidem cogitavisse ait —, hubiera sostenido la *condición* »), in secundo eius examine pressius affirmat se atcori manifestasse « que estaba dispuesta a romper, si no accedía a sus pretensiones — super exclusione sc. filorum — » (ad 5); et in tertio examine, ad interrogationem « Si impuso a D A. la *condición* de no tener hijos », respondit: « *Afirmativamente*, y que *no fué un mero propósito, sino una condición*, y que el ánimo de la declarante era: « *de no ser así, no estoy dispuesta a*

casarme »; atque in Nostro Auditorio iterum asserit: « *Le llegué a poner a él como condición que no tendriamos hijos* » (ad 6); quae licet ex contextu dicta videntur de tempore ante sponsalium interruptionem, cuius ea praecise conditio apposita causa fuisset, verumtamen talem conditionem etiam post restaurata sponsalia sustinuisse ipsamet affirmat; interrogata namque in tertio eius examine. « Si al reanudar las relaciones... mantuvo ella las referidas condiciones — contra indissolubilitatem scilicet necnon prolem — », respondit « que ella las mantuvo »; atque in Nostro Auditorio, postquam de apposita conditione loquuta fuerat, asserit: « Despues de la reconciliación yo ya no tuve ningun motivo para dudar de que él estaba conforme con mi actitud respecto de los hijos » (ad 6); et insuper: « Yo fuí al matrimonio con las reservas que he dicho » (ad 7); quae quidem ex contextu de non revocata conditione intelligenda essent. Nec aliter contendit *actor*, qui in primo eius examine expresse iam asserit: « *Esa condición fué impuesta como indispensable para realizar la unión entre ambos* »; et in Nostro Auditorio iterum affirmat conventam ipsi dixisse: « *Yo me caso contigo con la condición expresa de que hemos de evitar los hijos* » (ad 7); quae licet dicta fuisse pariter ex contextu videntur ante sponsalium interruptionem, verumtamen firma adhuc post restaurata sponsalia mansisse ex contextu pariter flueret, actore aiente: « Al reanudar las relaciones ella me volvió a insistir en que sostenía sus puntos de vista » (ad 6), conditionem scilicet antea appositam contra prolem; modo tamen praeinserta verba, quae ab actore in Nostro Auditorio mulieri nupturienti tribuuntur, pro simplici modo potius quam pro *vera conditione sine qua non* intelligenda haud essent, attento sensu solummodo affirmativo (me caso contigo...), quo dicta fuissent, quasi nempe de modo agendi post nuptias ad prolem vitandam tantum agetur, minime autem de conditionato consensu in sensu iuridico, quatenus nempe matrimonialem consensum ita pendere ipsa fecerit ab exclusione prolis, ut matrimonium non celebrasset nisi adiecta hac conditione.

26. - Sed et quominus coniugibus veram conditionem contra prolem a muliere nupturiente directam contendentibus fides adhibeatur, graves etiam rationes iam obstant. Et imprimis neuter credibilitate eminet in hac causa, uti iam antea dictum est, adeo ut periculum collusionis minime absit, aiente uxore: « Mi marido me enseñó la demanda que iba a presentar y yo la acepté. Los dos obramos de común acuerdo y así hemos continuado siempre durante la tramitación de esta causa » (ad 23 in N. Audit.); quibus concordat actor: « Nosotros incoamos la causa de nulidad de nues-

tro matrimonio, viviendo aun juntos! Los dos estábamos de acuerdo en la tramitación de la causa » (ad 18 in N. Audit.); quae et roborantur modo agendi utriusque coniugis in decursu tractationis causae, uti ex actis patet, adeo ut concorditer ambo adlaborare videantur pro bono exitu causae, utrique arridente.

Nec insuper praetereundae sunt graves contradictiones, quibus actor implicatur in actis, quaeque iam revelantur a Tribunali X. in sententia data die 20 maii 1944. Equidem in libello litis introductorio et in iteratis suis confessionibus iudicialibus actor affirmat se ante matrimonium novisse et acceptasse conditiones a muliere nupturiente appositas contra coniugii indissolubilitatem necnon prolem, consciumque fuisse matrimonium ita ineundum nullitate laborare. Itaque in libello haec inter alia leguntur: « Aviniéndos — actor — a aceptar la condición impuesta — a muliere sponsa — ante la esperanza de que algún día convencida de su error convalidase lo que de raíz sería nulo, por contrariar uno de los fines esenciales del matrimonio »; in prima dein confessione iudiciali ipsemet actor confirmat talem conditionem ipsi impositam fuisse ab eius sponsa ante matrimonium et a seipso acceptatam fuisse, atque interrogatus: « Si advertía el declarante que la condicion impuesta por D[a] R. anulaba el matrimonio », respondit: « Afirmativamente, y que esperaba que con el tiempo D[a] R. desistiría de ella... pensando él que al cambiar su esponsa de criterio, podría convalidarse el matrimonio »; et in secundo eius examine dein actor confirmat se mulieris proposita celebrandi matrimonium solubile et filios non procreandi accetpasse quidem, licet « no pura y simplemente, sino con la esperanza de hacer volver algún día a D[a] R. sobre su acuerdo y convalider así un acto, que sabía que en principio era nulo por parte de D[a] R ». E contra, in litteris ad Sacram Congregationem de Sacramentis ab eodem actore per suum Procuratorem et Advocatum missis pro evincenda ipsius habilitate ad matrimonii nullitatem accusandam, affirmatur actorem nupturientem nec acceptasse nec quidem cognovisse supradictas conditiones a muliere appositas, illumque ad matrimonium accessisse uti ad actum omnino validum ex parte utriusque contrahentis, aberrantibus theoriis non obstantibus, quas mulier ante matrimonium ostentabat in aspecto ideologico quasque in praxim deductas non iri ille existimavit. Itaque in praedicto documento legitur: « Antes de su matrimonio D. A. B. B. se opuso abiertamente a compartir con su... novia *la ideología* de ésta con respecto al matrimonio. Por esta razón rompió con ella sus relaciones. Volvió a reanudarlas; pero ello no implicó identificación con la voluntad de su futura esposa, para realizar más

tarde un acto nulo, sino sencillamente continuar el trato en la confianza de que la vida prematrimonial primero y la matrimonial después... había de hacer rectificar a la esposa *que lo sostenía en el terreno ideológico* »; et alibi: « El aceptó no las condiciones impuestas, sino la reanudación de las relaciones amorosas y la celebración del matrimonio, prestando su consentimiento a un acto que para él era válido y creyendo que también lo era para su esposa »; et iterum: » No aceptó, condición alguna, ni pensó realizar acto nulo, ni menos lo quiso, ni tampoco creyó que su esposa llevase a la práctica *sus ideas* en el acto de la celebración del matrimonio », et amplius: « Concurrió a celebrar un acto válido, porque entendía que ne esposa, aunque *expresaba aquella ideología extraña antes del matrimonio,* también llevaba acado un acto perfectamente válido »; quibus adhuc adiungitur: « Para el actor sólo después de transcurridos dos años, y vista la constante pertinacia de la esposa en orden a su negativa a la procreación desde que se intentó el primer acto carnal, su matrimonio fué siempre válido, porque válido lo había querido él y válidamente, a lo menos en lo externo, lo había celebrado la esposa, sin que concurriera al acto a sabiendas de que era nulo en cuanto a ella... Todo cuanto se relaciona en la demanda referente a las condiciones impuestas por la esposa, se refiere a este momento, es decir, el en que el esposo adquiere la convicción de que su matrimonio es nulo, en razón a la conducta observada por la esposa, y la conocimiento que él ha adquirido, también con posterioridad a aquel acto, de los propósitos de su esposa, cuando compareció a la presencia del párroco y de los testigos, y al relacionar dichos hechos en la demanda, no quiere decir que el actor tuviera conocimiento de ellos cuando concurrió al matrimonio ». Quae quidem si ita revera accidissent, uti in praefato documento exponuntur, gravissimum vulnus iam inferrent intentioni actoris in hac causa, quippe concludendum esset M. a R. ante matrimonium aberrantem *ideologiam* ostentasse quidem circa obligationes e coniugali vinculo emergentes, nullum vero positivum actum voluntatis nedum conditionem sine qua non externe saltem posuisse adversus matrimonii bona, vel saltem A. nihil de iis scivisse ante nuptias, sed ea tantummodo deduxisse ex modo agendi uxoris in coniugali vita. Ceterum contradictio inter assertiones, quae in libello litis introductorio actoris nomine ab eius Procuratore et Advocato fiunt, quaeque ab ipsomet actore in suis iudicialibus confessionibus confirmantur, atque eas, quae in precibus missis ad S. Congrergationem de Sacramentis continentur, manifesta quidem est, indeque actoris credibilitas in hac causa labefactatur.

Aliunde, quamvis non quidem ex cortice verborum sed ex cunctis circumstantiis diudicandum est quaenam fuerit revera intentio contrahentis, qui simulasse dicitur, verumtamen neque verba inattendenda sunt, quibus coniuges suam de re mentem in iudicio aperiunt, praesertim quando, uti in casu accidit, verba illa varia et aequivoca sunt. Iam vero neuter coniux constans est in usurpanda *conditionis* voce, quando de mulieris nupturientis intentione contra prolem loquuntur. Persaepe quidem ea utuntur voce quando eam iudices ipsis suppeditabant in suggestivis interrogationibus delatis, unde et illorum responsiones parvipendendae sunt. Alias vero vel iudicibus alias etiam suggerentibus voces, vel nullo modo de voce praeventi, varias et ipsimet coniuges de re locutiones adhibent. Itaque in coniugum responsionibus passim occurrunt verba « condición, propósito, intención, decisión, reserva, resolución, deseo », ad manifestandam mulieris nupturientis voluntatem filios ex matrimonio non procreandi. Itaque maxime notandum, quod scilicet in secundo iudiciali examine, interrogatoriis a Defensore vinculi X. exhibitis minimeque suggerentibus, respondens uxor nec semel quidem vocem *conditionis* adhibet ad suam manifestandam intentionem contra prolem, nec affirmat, sed potius excludit, A. talem intentionem acceptasse. Interrogata namque iuxta quaesitum 3um: « ¿Es cierto que ella había hablado a D. A. acerca de no tener hijos? ¿Cuándo, cómo y en presencia de quién hizo semejante propuesta? ¿Cómo fué acoijda por D. A.? ¿La repitió más veces? », respondit uxor: « Que es cierto que había hablado a D. A. acerca de no tener hijos; que esto se lo manifestó durante el tiempo del noviazgo, patentizándole su *intención* de no procrear hijos, unas veces a solas y otras en presencia de la Sra de compañía, Dª M. E.; que D. A. no tomaba en serio esta *propuesta* de la declarante; que esa *resolución* la declarante la repitió ante otras personas, sin que recuerde que D. A. estaba presente ». Ubi nec conditio nominatur, nec reapse ullo modo significatur. Dein ad quaesitum 5um « ¿Hizo esta propuesta como condición a su consentimiento matrimonial, sabiendo que con esto obraba mal? ¿O simplemente era un simple propósito que ella abrigaba y que estaba dispuesta a llevar a cabo a toda costa? »; respondit: « Que hizo esa *propuesta* sabiendo que no obraba del modo normal y debido, manteniendo en su interior y a toda costa una firme decisión de no tener hijos, manifestando a D. A. que estaba dispuesta a romper, si no accedía a sus *pretensiones* ». Ubi licet de *conditione* expresse interrogata, eam tamen uxor non nominat; et quamvis in ultimis responsionis verbis conditionem significare videatur, neque id satis apertum est, cum licet A., ipsa aiente, propositionem filios non habendi serio non acceperit, ipsamet vero tandem acquie-

verit, quin maiorem securitatem ex parte sponsi sibi comparare studuerit. Nonnunquam denique, vocibus praeventa quaesitorum vel ipsius Defensoris vinculi, ipsamet uxor in responsionibus loquitur de eius *intentione, proposito, desiderio* filios non habendi. Pariter actor in primo eius examine, de *conditione* per interrogationem a Iudice praeventus, *conditionem* et ipse responsione affirmat; in secundo autem examine, vel nullatenus vel de mulieris *proposito* filios *non* procreandi per interrogationem Iudicis praeventus, de tali *proposito* tantummodo et ipse in responsione loquitur. Verbis igitur attentis, quibus vel ipsi coniuges de re loquuntur incertum saltem manere dicendum est, utrumne M. a R. suam intentionem contra prolem manifestaverit uti veram conditionem sine qua non consensui matrimoniali adiectam.

27. - Quidquid vero coniuges de asserta conditione a muliere nupturiente contra prolem apposita contendant, unde etiam favorabiliori in casu argumentum haud haberetur sufficiens, uti exploratissimum est, testes praeterea in causa excussi conditionem illam consensui matrimoniali revera adiectam fuisse minime probant. Nullum sane vel levissimum eiusmodi conditionis vestigium adest in depositionibus testium, praeterquam in illis C. A. C. et M. E. Ceteri omnes, uno excepto Rev. Dno F. N., qui ne quidem de re interrogatus fuit, licet nonnulla de M. a R. intentione contra prolem retulerint, verumtamen conditionem eo in sensu nec nominant nec ullo pacto significant consensui matrimoniali ab illa adiectam fuisse, uti apertissimum est cuilibet eorum testimonia perlegenti, quin necesse sit ea hic recolere.

Sed neque duo praedicti testes talem conditionem revera adiectam fuisse probant. Et imprimis *C. A. C.*, qui quidem uti testis princeps in causa exhibetur, in primo eius iudiciali examine, suggestivis interrogationibus de conditione praeventus, conditionem et ipse in suis responsionibus affirmavit. Itaque ad interrogationem 4am, in qua quaestio de conditione directe attingitur: « Ser cierto que esta unión amigable había de hacerse sujeta a la condición de no tener descendencia, para lo cual había propuesto D^{a} R. a A. no praticar unión carnal de clase alguna que no fuese empleando procedimientos que impidieran la procreación », testis respondit: « Que D^{a} R... momentos antes de la ceremonia le había dicho, como en otras ocasiones anteriores... que ella iba a la celebración del matrimonio con la condición de no tener descendencia, para lo cual había propuesto a D. A. no practicar unión carnal de clase alguna, que no fuese empleando procedimientos que impidieran el embarazo ». Sed praeter quod vel ipse tenor alte suggestivus interrogationis vim probativam adimit responsioni, in

qua ad litteram verba illius repetuntur, si intimius insuper verba perscrutentur, de *modo*, licet sub conditionis specie, potius quam de *vera conditione* sine qua non in casu agi haud immerito diceretur quasi nempe M. a R., matrimonio quidem acceptato, A. proposuisset quomodo ipsi in coniugali vita sese habere deberent, ut filiorum procreationem vitarent. Praeterea in secundo eius examine idem testis ex officio interrogatus: « Si era mero propósito o condición impuesta por Dª R. la de no tener hijos », respondit: « Que si Dª R. no empleó la palabra *condición*, lo cual ne recuerda, al menos el *concepto* de Dª R. era el de *condición* en las conversaciones que tuvo con el declarante »; ubi non habetur verum testimonium de conditione apposita, sed solummodo *iudicium*, quod ex mulieris sermonibus cum teste habitis, idem testis sibi de re efformavit. Idque omnino tenendum est, si ea perpendantur quae idem testis deposuit in N. Auditorio, ubi licet de se affirmat potius quam deponit: « Tengo la completa seguridad de que si él no hubiera aceptado el no tener hijos, mi prima no se hubiera casado »; verumtamen ipsemet prosequitur: « Ella decía que iba al matrimonio para no tener hijos », quod *modum* potius quam *conditionem* sonat; atque tandem aperte affirmat: « *Yo no sé en qué términos se propondría esta cuestión entre ambos novios.* Yo no presencié ninguna conversación entre ellos sobre este punto, ni hablé nunca tampoco de esto con el Sr. B. antes de casarse. *Me remito en todo a las conversaciones que conmigo tenía mi prima; pero tampoco me dijo ella en qué términos se había suscitado esa conversación entre ellos ni cómo ni por qué* » (ad 7). Porro testis est facta narrare, non autem iudicium super auditis ferre, uti pluries sancitum est in Rotali iurisprudentia (cfr. ex. gr. S. R. R. decis. diei 17 ianuarii 1940, n. 11). Testimonium igitur Dni A. C. verum testimonium non est, neque idcirco vim probandi habet quoad assertam conditionem contra prolem. Nec maior vis inest testimonio *M. E.*, licet testatur M. a R. voluntatem filios non habendi, dum asserit: « Que Dª R. expresó a el declarante, antes de su unión con D. A., su tenaz resistencia a tener hijos » (ad 11, in 1ª dep.); et iterum: Que Dª R. le manifestó más de una vez a la testigo que no quería tener hijos, hasta el punto de que, si se casaba, no los tendría » (ad 11, in 2ª dep.); verumtamen eadem testis affirmat: « Que no sabe si esto se lo propuso a D. A., aunque su *impresión* personal es que sí se lo propuso » (ibid. in 2ª dep.); atque ex officio interrogata: « Si Dª R. tenía solamente propósito de no tener hijos, o si ponía esto como condición para su futuro matrimonio » respondit: « Que ciertamente *tenía el propósito*, pero que *no recuerda haberla oido emplear la palabra condi-*

ción, aunque la testigo *infiere* de los hachos que en el ánimo de D[a] R. se trataba de una verdadera condición » (ad 13, in 2[a] dep.). Agitur ergo etiam *de mera impressione, de deductione* a teste facta, non autem de vero eiusdem testimonio circa assertam conditionem.

Haud igitur probata conditione sine qua non contra prolem consensui matrimoniali adiecta, ex qua consensus ipse penderet, neque exinde idcirco ruit praesumptio illa generalis, qua pro matrimonii abusu potius quam pro non tradito et acceptato iure ad prolem standum est.

28. - Superest nunc ex actis dilucidandum utrumne mulieris intentio contra prolem ea fuerit, ut, etiam citra conditionem vel pactum, non tantum iuris exercitium sed ius ipsum ad prolem positive ab illa exclusum fuisse morali cum certitudine dicendum sit. Criterium ad hoc dignoscendum suppeditat, iuxta superius dicta, diligenter scrutare utrum prolis exclusio fuerit necne limitata; quando namque de limitatione constat, vel saltem illimitatio satis non probatur, firma adhuc manet praesumptio in matrimonii favorem, et pro matrimonii abusu potius quam pro iuris matrimonialis exclusione concludendum est.

Nunc autem de prolis exclusione absque ulla limitatione ex parte mulieris nupturientis certo non constat. Non desunt quidem in actis et partium et testium affirmationes, ex quibus ista illimitata exclusio deducenda videretur. Itaque *uxor* de hoc ex officio interrogata in Nostro Auditorio, respondit: « Yo no quería tener hijos de mi marido de ninguna manera ». Similiter *actor* de tempore antenuptiali ait: « Ella decía: Para poder divorciarnos, si llega el caso, tenemos que estar *siempre* libres de hijos... esto lo decía de manera indefinida » (ad 7 in N. Auditorio); de tempore autem postnuptiali pariter affirmat: « Ella insistía en que no quería tener hijos *de ninguna manera* » (ad 16 ib.). Et in eodem sensu abundare videntur nonnulli testes: *C. A. C.* asserit: « Ella... excluía el tener hijos *de una manera permanente* » (ad 7 in N. Auditorio); el *I. M.*: « Ella excluía el tener hijos *de una manera rotunda e ilimitada* » (ad 18 in N. Audit.). Ex quibus pro illimitata prolis exclusione ex parte mulieris nupturientis concludendum iam esset, praesertim si adiungatur tenax oppositio mulieris iam nuptae filiis procreandis, quod ab omnibus fere testibus asseritur. Ast quominus illimitata ista prolis exclusio ex parte mulieris nupturientis uti plene probata habeatur, obstat testimonium M. I. E., quam praecise ipsamet uxor affirmat se consciam fecisse suarum vicissitudinum coniugalium (resp. uxoris ad 21 in

N. Audit.), quaeque specialiter interrogata: « Si sabía si Dª R. había formulado su propósito de no tener hijos como absoluto, es decir, de no tenerlos nunca o sólo durante algún tiempo », respondit: « Que Dª R. le manifestó que su decidido propósito era el de no tener hijos *hasta probar la manera de ser de su esposo* »; et iterum: « Le dijo (M. e R.)... que ella le manifestó su decidido propósito de no tener hijos de él en el matrimonio, *sino después de haber hecho una prueba de su carácter* » (in 2ª dep.). Quae et confirmari videntur ab ipsamet uxore, quae, postquam asseruerat se filios ex marito procreare nolle « de ninguna manera », prosequitur: « El por su parte tampoco logró, una vez casados, hacerme cambiar a mí de idea en este aspecto »; haec namque verba satis significare videntur prolis exclusionem ex parte mulieris nupturientis adeo absolutam et illimitatam minime fuisse sed potius tantummodo, usque dum vir verbis vel factis illam de contrario convincere valuisset, quod ipsa absolute non excludebat. Nec hisce dictis officit quod testis *M. I.. E.* affirmet: « Que *su criterio personal es que Dª R. nunca quiso tener hijos* », in quibus testis *suum proprium iudicium* prodit, in foro non attendendum, minime autem verum testimonium fert. Neque insistendum, quod uxor, perdurante coniugali vita, filiis procreandis sese opposuerit, et vel manifestaverit se filios ex marito habere nullo modo velle, uti nonnulli testes affirmant, quippe id, etiam admissa filiorum exclusione haud illimitata in mulieris intentione ante nutpias, facile explicatur de primordiis vitae coniugalis, donec scilicet probatam ipsa haberet « la manera de ser de su esposo », dein vero idipsum pariter explicatur, quoniam, omnibus aientibus, sat cito dissensiones rixaeque inter coniuges exortae fuerunt, unde filiorum exclusio, haud absoluto modo statuta ante nuptias, absoluta et illimitata postea evadere potuit, harmonia scilicet coniugali iam abrupta. Quodsi nonnulli testes affirmant dissensionum rixarumque inter coniuges causam exstitisse uxoris resistentiam filiis procreandis, non desunt tamen testes, qui aliam asserunt eius causam, intolerantiam scilicet debitae subiectionis erga maritum ex parte uxoris, quae maritalem auctoritatem in coniugali consortio abiecisset. Ad rem testis *I. M.*, qui quidem uxoris oppositionem filiis prócreandis uti dissensionum causam tradit, etiam refert: « Presencié muchas discusiones entre ellos, y de ella conmigo y con mi mujer... y esto, desde el principio de casados. Ella consideraba a todas las mujeres casadas como esclavas; su frase era que « las mujeres al casarse, se vendían por un potaje »; pero que ella no se vendía así y que no reconocía la autoridad del marido. Un motivo de las discusiones era que ella quería desde el primer día colocarse, para vivir más independiente de su marido...

diciéndola (maritus) que mientras viviese con él, no la permitiría que se colocase en ningún sitio » (ad 10 in N. Audit.); et *F. M.*: « La causa de los disgustos ha sido que ella tiene un caracter muy independiente y no quería someterse a su marido »; licet idem testis secundo loco indicat uti dissensionum causam etiam « la oposición de ella a tener prole » (ad 19 in N. Audit.); et *M. M. C. B.* de coniugum dissensionibus etiam refert: « Se veía que eran dos caracteres opuestos; bastaba que uno dijese una cosa, para que el otro dijera lo contrario; ella no reconocía la autoridad del marido » (ad 19 in N. Audit.). Quinimmo vel ipsemet actor idipsum confirmat, dum ait: « Ya después de casados, ella no me pedía dinero jamás, diciendo que no queria humillarse pidiéndolo... Decía que no admitía que la mujer, como lo hacían otras, se vendiese a su marido, casándose para que él la mantuviese... Ante todo y sobre todo quería mantener su independencia y se consideraba como mujer superior por su cultura » (ad 7 in N. Audit.); et insuper rixarum causam indicat: « La insubordinación de ella a la autoridad del marido », et nonnisi secundo loco aliam eiusmodi causam affirmat: « La insistencia en no aceptarme carnalmente como marido sino con el preservativo » (ibid. ad 17). Etiam *uxor* quae de tempore antenuptiali affirmat: « Yo concepía el matrimonio como una sociedad de igualdad entre marido y mujer, cosa que él no admitía » (ad 5 in N. Audit.); de tempore autem postnuptiali nefandas quidem fatetur onanisticas coniunctiones, quibus uterque coniux, primum quidem sine ullo dissensionum studio, dein vero marito iam aegre acquiescenti uxoris voluntati operam navarunt; de abrupta demum omni relatione sexuali inter ipsos, sub eodem licet tecto viventes, ita refert :« Esta separación nuestra no obedeció a ningún motivo concreto y determinado sino a que no congeniábamos en nada, y así se fué creando un distanciamiento y separación espiritual entre nosotros, que hacía intolerable la convivencia » (ad 17 in N. Audit.). Cum igitur ex actis appareat uxoris oppositionem filiis procreandis saltem non unicam nec ut videtur praecipuam exstitisse causam dissensionum rixarumque inter coniuges, concludendum iam est quod, quamtumvis tenax post nuptias fuerit ista uxoris voluntas filios excludendi, non tamen idcirco coniicere exinde licet in casu talem exclusionem uti absolutam et perpetuam ab eadem muliere ante nutpias intentam iam fuisse, et non potius talem postea evasisse propter coniugalem infelicitatem aliis de causis cito exortam, a qua, iuxta testimonium Dnae E. pendere illa fecisset filios necne in matrimonio procreare.

Haud igitur probata ne quidem perpetuitate exclusionis filiorum uti a muliere nupturiente intenta, neque idcirco coniicere li-

cet talem exclusionem ius ipsum attigisse ad coniugales actus de se aptos ad prolis generationem, sed totam versatam tantummodo fuisse super matrimonii abusu, ne proles nasceretur.

29. - Quinimmo vel ipsamet uxor nonnullis de re adhibitis locutionibus in actis potius positive probat se ius ipsum matrimoniale haud exclusisse, sed tantummodo matrimonii abusum intendisse. Itaque *uxor,* quae iam in primo eius iudiciali examine coram Officiali X. affirmavit quod « al celebrar su matrimonio era su ánimo entregar su persona a D. A. para el uso del matrimonio, concediéndole a dicho señor potestad para ello, pero siempre con la condición de evitar le generación », dein in tertio examine ibidem peracto, amplius confirmavit quod « al unirse con D. A., tuvo la intención de entrager su cuerpo, a éste en orden a los actos apropiados para la generación, si bien supeditaba esta entreaga a la condición de no tener hijos, evitando la generácion »; atque ad abundantiam ulterius interrogata adhuc adiunxit: « Los actos conyugales habidos con D. A. fueron aptos para la generación, pero usando de medios preservativos para impedir la generación ». Ubi apertissima habetur uxoris confessio de iure in proprium corpus comparti tradito et correlativa obligatione acceptata in ordine ad coniugales actus de se aptos ad prorlis generationem, quod idem est ac dicere illam verum validumque matrimonium inire voluisse, licet cum intentione matrimonio dein abutendi ad prolis generationem vitandam, quae quidem intentio nonnisi *improprie conditio* ab uxore nominatur, cum ex contextu reapse *modus* sit, qui matrimonii validitati non officit, idque quamvis nupturiens mulier de modo isto post nuptias servando viri acquiescentiam et vel securitatem sibi procurare studuerit. Aptissime huic casui applicari possunt sequentia verba Emmi. Gaspari: « Si contrahens intendit sese obligare, verum matrimonium inire; et ea conditione vult tantum sibi fieri ab altera parte promissionem de abusu iuris matrimonialis, non est conditio contra substantiam, sed *modus;* matrimonium valet et conditio vitiatur » (*De Matrim.,* ed. 1932, vol. II, n. 898). Quodsi eadem uxor praeinsertis eius dictis ex prima eius confessione desumptis adiunxit: « Que su intención era en el acto de la celebración del matrimonio excluir la potestad de D. A. para procrear hijos en la declarante », atque in tertio examine, denuo interrogata « si en la celebración del matrimonio era su intención conceder a D. A. el derecho a procrear hijos en ella », iterum asseruit « que ese derecho nunca se lo ha concedido »; haec tamen illaque uxoris dicta, si cum aliis supra relatis eiusdem assertionibus concordanda sint, ita ut contradictio vitetur, non alio in sensu intelligenda sunt nisi quatenus attingat

tantummodo iurium matrimonialium exercitium, quod, nonnisi ita ut filiorum procreatio vitaretur, ipsa fieri voluit, quasi nempe ipsamet illis verbis dicere voluisset se, iuribus matrimonialibus viro licet traditis, iis tamen uti haud permissuram nisi extra sacros connubii limites, ad prolem devitandam, prout ipsi erat in votis. Nec aliud nisi merum matrimonii abusum ad prolem devitandam a muliere nupturiente intentum fuisse colligitur ex ipsius modo loquendi de relationibus sexualibus cum marito post nuptias; ait namque uxor: « Enseguida de casados consumamos el matrimonio, sin que yo pusiera la menor dificultad a ello pero usando de las debidas precauciones pera no tener hijos... cosa en que los dos estábamos conformes... Hacíamos uso del matrimonio mediante preservativos » (ad 16 in N. Audit.).

30. - Nec ex actoris confessione et testium depositionibus aliter concludere cogimur. Testes namque omnes de iuribus matrimonialibus ab uxore non traditis deque obligatione non aceptata nec verbum quidem faciunt, sed de illius voluntate seu intentione filios non procreandi deque iis per matrimonales abusus reapse devitatis tantummodo loquuntur, uti cuilibet illorum testimonia perlegenti apertissimum est, quin necesse sit ea hic recolere. Porro eiusmodi foeda intentio detestabilisque praxis matrimonialem consensum validum minime excludunt. Et idipsum dicendum ex actoris confessione, quae fere tota locutionibus continetur, quae, iura ipsa matrimonialia haud attingentes, circa mulieris antenuptialem intentionem filiorum procreationem post nuptias devitandi, necnon circa detestabilem onanismum, quo ista procreatio in matrimonio ab ipsis reapse devitata fuit, tantummodo versantur, nisi sequentia excipiantur, quae ipsemet actor de tempore antenuptiali et, uti videtur, sponsalium interruptionem antecedenti refert: « Yo insistía en que me casaba para formar un hogar y tener hijos, y que tenís derecho a tenerlos; pero ella replicaba que no me reconocía tal derecho » (ad 7 in N. Audit.). Quibus tamen alia dari nequit interpretatio praeter illam iam supra relatam ad parem uxoris assertionem, siquidem vitari velit eam sibi contradicere; praeter quod tandem aliquando ex sola coniugum confessione, a testibus nullatenus confirmata, argumentum sufficiens pro iuris matrimonialis exclusione constitui minime valeret.

31. - Hisce autem omnibus sic stantibus, infrascripti Auditores de turno innecessarium censent de causis assertae simulationis in casu specialem investigationem facere, de quibus ceterum non una in actis proditur sententia. Ipsamet namque uxor in secunda eius iudiciali confessione *unicam* eiusmodi causam exstitisse affr-

mavit: « siplemente la aversión a tener hijos » (ad 6). Actor vero uti simulationis causam affert, quod filii, uti mulier nupturiens aiebat: « eran un obstáculo... qui empediría llevar a cabo la separación entre ambos, caso de que ella lo creyera opportuno » (ad 6 in N. Aud.). Testes denique C. A. C., M. C. B. M. B. et I. M. uti causam eiusmodi indicant *filiorum educationem,* in qua ambo coniuges haud consensissent, prout M. R. aiebat.

Quibus omnibus tam in iure quam in facto perpensis atque consideratis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, ad dubium propositum respondentes: *Negative,* ad primam partem; *affirmative,* ad alteram, ideoque sententiam Tribunalis Metropolitani Y. diei 26 iunii 1947 esse infirmandam; seu *non constare de matrimonii nullitate in casu.*

STUDIA

ET

CONSULTATIONES

DE PROCESSU CANONICO SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO

DE TRIBUNALI CONSTITUENDO

SUMMARIUM: De delegato tribunali constituendo iuxta acceptam pontificiam facultatem atque de competenti iudiciario tribunali in alterum administrativum, ex iure, mutato.

1. DE DELEGATO TRIBUNALI CONSTITUENDO.

Maturo ac diligenti examini subiectis extraiudicialibus actis et documentis ac potissimum precibus, quibus utraque vel alterutra pars oratrix humiliter postulat a Summo Pontifice extraordinariam gratiam dispensationis a vinculo super suo matrimonio, utpote tantum rato et non consummato, Sancta Sedes, si oblatis precibus annuendum esse censuerit, solet per Romanae Curiae competentia Dicasteria, habitis ac servatis de more praehabendis servandisque, generatim tribuere et remittere Ec.mo Episcopo, vel Archiepiscopo, aut Rev.mo Supremo Moderatori, vel Administratori dioecesis vel quasi dioecesis, qui suum fecit vel peculiarem commendavit supplicem libellum petitorium, exquisitam et opportunam facultatem super adserta matrimonii non consummatione et super causis optatae dispensationis conficiendi canonicum processum. Cui Delegato Sanctae Sedis semper conceditur, in ipso pontificio Rescripto, potestas seu auctoritas etiam subdelegandi, prouti casus ferat, pro partium ac testium excussione.

Verumtamen si Episcopus vel Moderator Delegatus, ad tempus vel habitualiter, sit vere impar, maxime ob penuriam Sacerdotum et ob alias difficultates, ratione temporis, loci et personarum, ad satisfaciendum fideliterque obeundum munus Eidem commissum ab Apostolica Sede, minime impeditur, nisi obstent peculiares gravesque rationes, quominus Ipse petere valeat ut facultas vel detur, vel, si iam data, prorogetur ad alium Episcopum benevolum, de re interea edoctum, qui se pronum se praebeat ad acceptandum tantum mandatum, de quo agitur.

Quilibet Exc.mus aut Rev.mus Delegatus, sibi facta apostolica facultate, postquam, suo iussu, certior fuerit de peracta acceptarum litterarum diligenti adnotatione in Curiae dioecesanae vel quasi dioecesanae libro formularum, vulgo « protocollo », attente perlegat et continuo prae oculis habeat praecipuas normas, quae, suo ductu etsi summario, multum satisque favent ut commissa ac perficienda instructoria sollicite ac facilius absolvatur.

Insuper Delegatus Pontificius, pro eo quo pollet zelo animarum et veritatis studio, sollertia satagat ut, in proposita causa instruenda, singulae Regulae Sanctae Sedis ac omnia iuris praescripta adamussim observentur, maxime normae pernotae, quae editae sunt decretis diei 7 maii 1923 et diei 27 martii 1929 a S. C. de disciplina Sacramentorum, necnon novum et grave Decretum S. Officii diei 12 iunii 1942 [1]. Inde opus suum sedulo incipiat ac probe compleat.

Facta semper mentione exquisitae et concessae delegationis apostolicae, scripto redigat, vel saltem subscribat, distinctum actum, quo Ipse constituat quemdam Coetum Officialium deputatorum, *non tribunal,* ex Curiae episcopalis Ministris aut etiam ex Iudicibus, non qua talibus, dioecesani vel regionalis aut superioris tribunalis.

Nec obstat, nisi expresse aliud cautum sit in litteris delegationis, quominus nominentur etiam alii, quos aut Delegatus Sanctae Sedis aut subdelegatus instructor magis idoneos, etsi extra ordinem vagantes, retinet et mavult.

Omnes electi dotibus et qualitatibus praediti sint, quae a iure et generatim a praxi requiruntur et praestituuntur, ut singuli muneri suo recte incumbant et satis faciant.

Praeterea erit peropportunum, si et quatenus possibile sit, designare, usque ab initio processus, medicum, vel virum medicali arte et experientia redundantem, qui, sciens ac volens, suo tempore in posterum citandus, interveniat, in statuta audientia, ad mulierem tum oratricem tum conventam excutiendam iuxta n. 6 citati Decreti S. Officii diei 12 iunii 1942 [2].

Quo in actu subdelegationis redigendo, Episcopus vel Moderator Delegatus, inter alia, clare significet nomina coniugum, de quorum matrimonio dissolvendo agitur; ac definite referat et communicet, si adsint, competentis Delegantis Dicasterii Apostolicae Sedis instructiones, monitiones et peculiares adnotationes, quibus addere ne dedignetur, pro sua parte, alias dispositiones vel dilucidationes, quae opportunae et necessariae retinentur, pro urgenti bono animarum, ad pleniorem et rectiorem explicationem transmissi et recepti mandati.

Sedulo animadvertendum venit quod in eodem vel separato actu subdelegationis peculiariter eligendi et nominandi sunt etiam defensor vinculi et actuarius eorumque substituti.

Nec unquam obliviscendum, imo corde probe conferendum,

---

(1) Cfr. A. A. S., vol. XXXIV, pag. 200 sq.

(2) Cfr. V. Fagiolo. De excussione mulieris in processibus impotentiae et inconsummationis; in « Mon. Eccles. », an. 1949, pag. 184 et sq.

ab ipso limine tractationis cuiuscumque processus quod nec Episcopus, nec Moderator quilibet delegatus, quemadmodum nec et ipse iudex instructor, expressim subdelegatus, potest suscipere nec unam singularemve causam instruendam « in qua, ratione consanguinitatis vel affinitatis, vel ratione tutelae et curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit, vel in qua antea advocatum vel procuratorem egerit » (cfr. art. 16, § 1 cit. Reg. Serv. S. C. de Sacramentis).

Quod item valet, iisdem datis in adiunctis, pro defensore vinculi, qui a suscipiendo munere prorsus abstinere debet, et etiam pro actuario vel notario, (cfr. can. 1613, § 2 C. J. C.).

Merito ad rem legitur in Regulis S. C. de S., supra citatis: « Ordinarius, qui ob legitimam suspicionis exceptionem causam instruendam non susceperit, *debet* (graviter nempe onerata sua conscientia), vel iudicem subdelegare, si haec facultas ei competat, vel rem ad Sacram Congregationem remittere », eiusque stare mandatis (cfr. art. 17, § 1). Verum « si exceptio suspicionis adversus iudicem subdelegatum proponatur, Ordinarius, quatenus Delegatus Sanctae Sedis, vel obiectam suspicionem definit, vel alium iudicem subdelegat, si hac potestate polleat, vel rem », sicut supra, « ad eamdem S. C. remittit » (cfr. art. 17, § 2 et can. 1614, §§ 1 et 2).

Pressius adnotetur, ad Regularum Servandarum S. C. de Sacramentis tenorem animo percipiendum, quod tam in primaria constitutione tribunalis, seu coetus constituti ad modum cuiusdam deputati tribunalis, tam deinceps, seu postea, durante ulteriori et toto cursu instructoriae causae super rato, Delegatus vel eius subdelegatus, suo iure et arbitrio, ad normam n. 15 cit. Regul. « alios viros aeque idoneos », uti supra cursim indicatum est, « eligere poterit, qui iudicis et aliorum officialium vices gerant pro casu quo primi electi fuerint impediti, vel uti suspecti legitime habiti. Cum eorum opera in causae decursu occurrerit, de subrogatione secuta et de subrogationis motivo in actis mentio fiat; et opportunum erit ut hi cum dictione *substituti* subscribant aut denotentur in actorum textu » (cfr. art. 18).

Quae omnia dicta, optime statuta et accurate asseverata, luculenter scatent ex necessario studio rei veritatis in tuto ponendae necnon ex stricto officio obtinendi plenam probationem facti in controversiam deducti et simul vitandi, uti par est, quamlibet fraudem vel incuriam in singulorum actorum et documentorum confectione et transmissione.

Omnes deputati ministri Curiae vel electi Officiales ad processum rite instruendum, aptis monitionibus, sciant oportet seipsos

nequaquam posse sollicitare munus, tam onerosum et sanctum, ad proprium commodum unice obtinendum, nec sperent se forsan accepturos esse, in posterum, peculiare quodlibet emolumentum; sed, libentissime seposita qualibet reprobata acceptione personarum, laborent fidenter in Domino, iuxta salutaria dictamina iustitiae et charitatis, animas quaerentes et non lucrum.

Quare iuxta art. 19 memoratarum Regularum: « Excepto Episcopo, quando per se iudicis instructoris munere fungitur, omnes qui tribunal constituunt, in prima sessione iusiurandum de officio rite ac fideliter implendo et de secreto servando praestare debent ».

2. DE COMPETENTI IUDICIARIO TRIBUNALI IN ALTERUM ADMINISTRATIVUM, EX IURE, MUTATO.

Ex praecedentibus capitibus plane constat processum canonicum super matrimonio rato et non consummato, utpote speciali forma et quadam sua vi donatum, nonnisi ex pontificia delegatione, seu commissione, generatim instrui posse.

At saepe saepius - ex diversa natura rei iudicandae definiendaeque - processus ordinis iudiciarii, ex novo adspectu quaestionis disceptandae, in alterum administrativum de facto mutatur; idest: fit transitus, iuridica conversione, inchoatae instructoriae de accusati matrimonii nullitate declaranda, quocumque ex capite, a nativa figura iudiciaria, de more incepta, ad novam et alteram vere administrativam obtinendi - via gratiae - pontificiam dispensationem a vinculo matrimoniali ad normam art. 206 Instructionis S. C. de Sacramentis diei 15 augusti 1936.

Quaestio, quae diversimode agitari potest, heic breviter perpenditur, quamvis plures habitae sint notae iuris et dissertationes, sub peculiari ratione procedendi, practice, in causis super matrimonio rato et non consummato.

Nulla vel non gravis habetur controversia iuridica, si aliquando causa de nullitate matrimonii agitata fuerit, v. gr. ex capite impotentiae; et, peracto clausoque totius instantiae gradu, ex actis collectis et probatis, sive apud tribunal primae instantiae sive apud alterum appellationis vel etiam apud illud tertiae instantiae, cuiusvis tribunalis iudicio, regulari et definitiva sententia significato, non impotentiae, sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio. Tunc competens tribunal, causa vel forte introducta vel forsan instructa, debet procedere ad ulteriora usque ad sententiam pro coniugii validitate; ac talis sententia, quae verum et definitivum iudicium tribunalis constituit et firmat, praehabitis, uti ius exigit, animadversionibus defensoris vinculi in favorem matri-

monii, rite profferenda, his quorum interest probe notificanda venit ad iuris tramitem ita ut contra ipsam ad superius tribunal, ad quod omnia acta, uti par est, mitti debent, de more et pro viribus appellari possit.

Quod si appellatio contra adversam et negativam sententiam tribunalis non fuerit interposita intra decendium, sed utraque pars vel alterutra, apprime sibi conscia de facto non consummationis, viam iudiciariam expresse deserens, maluerit recurrere ad gratiam dispensationis tunc tantum, accedente petitione, exhibita per supplicem et novum libellum rite confectum, unius vel utriusque coniugis, humiliter postulantis apostolicam dispensationem, acta omnia, habitis interea peculiaribus animadversionibus eiusdem defensoris vinculi etiam pro consummatione, una cum voto eiusdem tribunalis seu iudicum, mentem trium iudicum in prolata sententia, a singulis subscripta, confirmante, transmittenda erunt ad Romanum Dicasterium, quod iis uti poterit ad ferendam sententiam, seu potius ad consilium praestandum, super rato et non consummato (cfr. art. 206, § 1 et can. 1963, § 2).

Quod votum tribunalis, etsi varia forma expressum, argumentis firmetur semper oportet sive in iure sive, praesertim, in facto, quo, exclusa impotentia, accusati matrimonii non consummatio plane probata retineatur.

At fieri potest quod ex oblatis et acceptis precibus cuiuscumque partis oratricis, vel actricis, accusantis matrimonium de nullitate, v. gr. ob prolis exclusionem vel ob aliud caput huiusmodi, statim eruatur non posse dari, in casu, facultatem instruendi processum ad optatam pontificiam gratiam dispensationis implorandam, utpote quae nullatenus concedi potest, si et quousque matrimonium, quolibet dubio positivo adhuc permanente, iuridice valet; tunc pars, si velit, unice adire potest ac debet viam iudiciariam; ac si in decursu iudiciariae pertractationis causae de declaranda nullitate probatio undequaque solida reapse non emerserit, tunc etiam, quin procedatur ad ulteriora, clauso tamen processu, exquisitis animadversionibus defensoris vinculi pro matrimonii firmitate, tribunal suum iudicium promere ne dedignetur.

Quod iudicium, rite profferendum, intelligi debet uti regularis et definitiva sententia ipsius tribunalis, quae, servatis de iure servandis, de more, et ipsa, his quorum interest necessario notificanda est ad plura vitanda incommoda, quae aliter removeri vix possunt.

Cum vero, in casu, probationes de non secuta matrimonii consummatione, hactenus collectae, certo habeantur insufficientes, v. gr. iuxta Regulas a praefata S. C. de Sacramentis datas, eaedem, quin ulla expetatur vel concedatur specialis delegatio, omnino

complendae sunt et perficiendae ab ipso praeside tribunalis vel a iudice instructore. Qui Praeses vel Instructor, ab hoc momento non amplius officio iudicis fungitur, sed interim est Delegatus, vere a iure deputatus et ex iure mutatus, ad cognoscendum et ad perficiendum processum in ordine administrativo, pro assequenda veritate, sub novo adspectu, per nova et suppletiva acta, adsertae non consummationis matrimonii.

Quae acta plene instructa, una cum informatione, loco voti redacta, eiusdem Praesidis vel Instructoris, addito semper peculiari voto Episcopi, ac praehabitis animadversionibus defensoris vinculi pro consummatione et contra dispensationem ad S. C. sedulo et quam primum remittantur.

Praeses autem vel Instructor atque maxime Episcopus vel qui vices Episcopi ex iure gerit, actu tenens regimen dioecesis, suam mentem in voto promendo aperte significent non modo super facto non consummationis matrimonii, sed etiam super causis canonicis, quae necessario adduci debent ad dispensationis gratiae validitatem tutandam; necnon expresse dicant in unoquoque casu an pars oratrix in periculo incontinentiae ita versetur ut ad novas nuptias convolare cupiat et utrum scandalum exoriturum sit inter fideles, si concessio optatae gratiae dispensationis forte habeatur.

Quae omnia, iam adserta et supra enucleata, plene et adamussim applicantur insuper quando causa de nullitate matrimonii agitata fuerit quolibet ex alio capite, v. gr. ex defectu consensus, ex vi et metu, etc., et, collegii iudicio, quod, et in casu venit, pro regulari et definitiva sententia cum omnibus consectariis iuridicis et practicis, de quibus supra et antea satis indicatum est, matrimonii nullitas evinci non possit, sed *incidenter* dubium valde probabile emerserit de non secuta matrimonii consummatione.

Tunc, remota qualibet collusione vel suspicione ac praehabita expressa renunciatione, iuridice confecta et rite exhibita ac notificata, ex parte actrice ad prosecutionem contestatae litis, servatis interim usque in finem de iure servandis, omnino ac magis « integrum est alterutri vel utrique parti libellum porrigere Romano Pontifici pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato; et praesidi vel instructori (sicut et in priori hypothesi) ius est causam instruendi iuxta normas in Regulis ipsis determinatas. Dein acta omnia, una cum voto Episcopi et animadversionibus de quibus supra, mittantur ad S. C. » (cfr. cit. Reg. S. C. de S., n. 4).

Acta et documenta transmittenda erunt, omnibus rite expletis, ad normam can. 1644, in fasciculum bene religata, addito indice probe confecto et adhibitis, iuxta adiuncta vel circumstantias, opportunis ac necessariis cautelis.

Hic autem quaerendum est: quid dicendum, si causa iudicialiter agitata fuerit, primo vel in altero aut tertio quoque gradu, apud apostolicum Tribunal S. R. Rotae? Simplex videtur responsio danda: quae a iure praestituuntur, pro omnibus et singulis praescribuntur; ac proinde quae a lege ordinantur in processibus matrimonialibus, valent etiam pro apostolico tribunali S. R. Rotae, nisi aliter expresse cautum erit.

Quaproter confirmatis et repetitis antea dictis et praemissis, sedulo adnotandum videtur tantummodo quod, in casu, preces partis oratricis, vel subordinate iam significatae, initio litis, vel postea porrectae ad Auditorem Ponentem vel ad Ipsum Exc.mum Decanum S. R. Rotae, ad effectum reduci debent iuxta tenorem eiusdem art. 206 Instructionis S. C. de Sacramentis diei 15 augusti 1936, sed peculiari facultate reservata, vel ob naturam ipsius Tribunalis vel ob specialem Commissionem a Summo Pontifice concessam, videndi et consilium proponendi, absque tramite competentis Dicasterii Romanae Curiae, directe Sanctissimo, super facto adsertae non consummationis matrimonii et super causis pro dispensantione valide concedenda.

Quandoque tamen, iussu Romani Pontificis, acta omnia transmittuntur ad S. C. competentem, ut, suo iure et instituto, videat, compleat acta perficietque, ac de more tandem referat Ipsimet Sanctissimo pro gratiae concessione forte obtentura.

Quae proposita interpretatio art. 206 cit. Instructionis recte ac generatim intelligitur durante processu cuiuscumque iam incohatae instantiae, minime post clausum vel iam desertum iudicium, vel potius completum et perfectum per duplicem et conformem sententiam, executioni tantum demandandam.

Nemo est qui nesciat quod omnis definitio in iure periculosa sit ac quaevis comparatio claudicet; certe omnes vident propositam quaestionem esse momenti vere peculiaris ac sat salebrosam. Nam transitus rei iudicandae a processu ordinis iudiciarii ad illum administrativum difficilioris determinationis apparet, maxime quia processus, re et vi, ab una in alteram viam mutatur, ex iure, super uno eodemque, etsi sub diverso adspectu, accusato matrimonio.

At, quaeso, etiam in iure, qui regulae vivit, Deo vivit; atque scire leges, non est verba earum tenere, sed vim et potestatem; quare, servata et obtenta veritate, quae, in hisce causis matrimonialibus, sedulissima cura, semper et singulis in casibus, detegi debet, omnia in pace componi possunt, si bene ac sine tricis distinguuntur quae prius ad unum, postea ad alterum ordinem processualem pertinent.

Josephus Casoria
a studiis S. C. de Sacramentis

CONSULTATIONES

De Matrimonio putativo.

Laurentius N. ab Ordinario suae Dioecesis facultatem obtinuit transeundi ad novas nuptias, cum ex praesumptionibus validisque indiciis morali certitudine constare videretur de mortis uxoris suae Annae. Anno 1949 Laurentius novum matrimonium coram Ecclesia contraxit cum Eugenia: ex hoc matrimonio filius natus est. Nunc autem compertum est primam Laurentii uxorem, Annam scilicet, adhuc existere, de qua tamen existentia coniuges (Laurentius et Eugenia) nihil pro nunc sciunt.

Exc.mus Ordinarius C. petiit quid in casu faciendum.

1) Patet secundum matrimonium Laurentii invalidum esse, quia, vivente uxore, adhuc permanet vinculum prioris matrimonii (Can. 1118) et impedimentum ligaminis, quo irritae efficiuntur novae nuptiae (Can. 1069).

2) Secundum matrimonium Laurentii etsi invalidum est tamen *putativum,* quia in bona fide contractum, et tale manet donec utraque pars de matrimonii nullitate certa evadat (Can. 1015 § 4).

3) Cum autem in casu nostro coniuges putativi ignorent factum existentiae prioris coniugis, ipsi in bona fide sunt, in qua *sunt relinquendi.* Ecce enim quae scripsit S. C. De Propaganda Fide anno 1792 ad Pro-Vic. Ap. Tunkin Occident.: « ...Quamobrem, si qui jam nova coniugia contraxerunt, et quidem in bona fide, existimantes se per interitum coniugis a priori coniugii vinculo absolutos, *relinquendi sunt in bona fide,* quia bonae fidei possessor turbari a possessione non debet... Cavendum praeterea et illud est, quod si fortasse contigerit priorem coniugem, quem mortuum putabant, adhuc in humanis existere, tunc secundae nuptiae sunt omnino irritandae, et, dimisso posteriore coniuge, ad priorem reverti unusquisque tenetur » (Coll. S. C. De Prop. Fide, vol. 1, n. 606). Et S. C. S. Officii die 22 martii 1865 ad hunc casum sibi propositum: «...Caecilia, marito a rebellibus capto, nec post tres annos amplius comparente, eum habuit pro mortuo, et, absente proprio sacerdote, nupsit Petro rei conscio, sed similiter de morte prioris viri persuaso. Missionarius, cum impossibile sit scire vel inquirere

utrum Paulus vir prior vivat, censet eos non esse inquietandos, et relinquendos esse in matrimonio donec habeatur certus nuntius de vita Pauli. An bene? » rescribendum censuit: « Relinquendos esse in bona fide » (Coll. S. C. De Prop. Fide, vol 1, n. 1272).

Notari tamen oportet, cum impedimentum ligaminis sit publicum natura sua, quia probari potest in foro externo (can. 1037), si in loco ubi habitant novi coniuges notitia de existentia impedimenti ligaminis divulgata erit, tunc Ordinarius debet nullitatem secundi matrimonii declarare, forma exceptionalis procedurae utendo, praetermissis nempe solemnitatibus, citatis partibus et cum interventu defensoris vinculi (can. 1990): quare imponere debet psuedoconiugibus ut ab invicem sese separent, aut, si malint convivere tamquam frater et soror, sese transferant in loco ubi impedimentum ligaminis ingnoratur et occultum manebit.

De legitimitate filii nati ex secundo matrimonio nullum moveri potest dubium, quia natus ex matrimonio putativo; dicit enim canon: « Legitimi sunt filii concepti aut nati ex matrimonio valido vel *putativo...* » (can. 1114).

* * *

De impedimento criminis ac de prolis legitimatione per subsequens matrimonium.

Curia Episcopalis P. sequentem casum proposuit. Carolus coniugatus rem habuit cum quadam puella, quae perdurante matrimonio concepit quaeque filium peperit mortua autem uxore Caroli. Carolus nunc vult matrimonium contrahere cum dicta puella et filium legitimare.

Curia petiit: 1° Cum non constet certitudine de fide puellae data durante primo coniugio, est ne necessarium quaerere a S. C. De Sacramentis dispensationem ab impedimento criminis?

2° Filius a puella conceptus durante matrimonio Caroli et natus mortua eiusdem uxore, legitimatur per subsequens matrimonium vel expostulandum est rescriptum principis utpote filius adulterinus?

Ad 1^{um} - Non requiritur dispensatio ab impedimento criminis, cum impedimentum dubium, impedimentum nullum. Si Curia vult potest quaerere ad cautelam: ad tramitem juris non est autem necessaria dispensatio.

Ad 2um - Ad normam canonis 1116, cum Carolus et puella quem ipse vult in matrimonio *habiles* habendi sint ad contrahendum tempore nativitatis (Cfr. ad 1um), filius praedicto modo natus non est considerandus adulterinus et potest per subsequens matrimonium legitimari.

Quare tum pro 1° tum pro 2° casu non requiritur recursus ad S. Sedem; Ordinarius permittere potest coniugium per quem filius legitimatur.

* * *

De matrimonio communistarum.

Post Decretum S. Congregationis S. Officii diei 15 julii 1949 et Declarationem eiusdem S. Congregationis diei 11 augusti eiusdem anni, quidam scriptores et quidam Ordinarii dixerunt in casu matrimonii communistarum, qui in excommunicationem speciali modo S. Apostolicae reservatam incurrerrunt, necessariam esse dispensationem ab impedimento mixtae religionis. Cum autem nonnulli Ordinarii nihil de hoc dixerint imo in quibusdam Dioecesibus expresse contrarium statutum sit, Curia Episcopalis V. petiit quomodo procedendum esset in casu.

In num. un. 1949 *Mon. Eccl.* Cl.mus P. Bidagor scribebat:

« Matrimonium autem eorum, qui communistarum doctrinam materialisticam et antichristianam profitentur, et in primis eam defendunt aut propugnant, est matrimonium apostatae a fide, id est cuiusdam acatholici. Ex hac parte applicatio cc. 1102 et 1109 § 3 clare resultat. Declaratio insuper asserit servandum esse canonem 1061. In hoc canone agitur de conditionibus sub quibus Ecclesia dispensat in impedimento mixtae religionis. Ex hac circumstantia quidam deduxerunt S. Officium considerasse haec matrimonia, quando una pars est catholica et altera versatur in conditionibus descriptis, tamquam matrimonia mixta pro quibus necessaria esset dispensatio ab impedimento. *Putamus hanc opinionem non iustam.* Nam Codex impedimentum mixtae religionis describit in can. 1060 qui certe his matrimoniis non aptatur; nam ii, de quibus agitur, non sunt sectae haereticae vel schismaticae adscripti. Ceterum cautiones de quibus agit c.1061 eaedem sunt quae in c. 1065 recensentur, sed primus in matrimoniis mixtae religionis iubet eas formales esse debere et regulariter scripto esse exigendas.

Inter eos igitur qui versantur in conditionibus nn. 1, 2, 3, Decreti et eos qui ipso facto affecti sunt excommunicatione, utpote apostatas a fide, hoc maxime discrimen habetur: matrimonia apostatarum celebranda sunt sine ritibus sacris, vel saltem exclusa Missae celebratione (c. 1102), et extra Ecclesiam, nisi Ordinarius dispenset ad normam c. 1109 § 3. Matrimonia autem gregalium communismi aut eorum qui publice communistarum partibus favent non sunt matrimonia apostatarum seu acatholicorum, et proinde illis cc. 1102 et 1109 § 3 non conveniunt ».

Quod haec opinio P. Bidagor sit vera, praeter valorem intrinsecum argumentorum allatorum et auctoritatem extrinsecam qua pollet, eruitur etiam clare et modo certo ex responsione negativa quam dedit — uti asseritur — S. Officium petentibus pro dicto casu dispensationem ab impedimento mixtae religionis; et confirmatur articulo quem nuperrime scripsit Exc.mus Alafridus Ottaviani, *S. C. S. Officii Adsessor,* in *Apollinaris,* ubi legitur: « Communistae, qui doctrinam materialisticam et antichristianam profitentur, *non ligantur* impedimento mixtae religionis, licet ad matrimonium coram Ecclesia admitti nequeant, nisi praestitis cautionibus ad instar acatholicorum (can. 1061). Ipsorum matrimonia autem sine sacris ritibus sunt celebranda, et quidem extra Ecclesiam (can. 1102-1109 § 3) ». (*Apollinaris,* an. XXII, 1949, n. 1-2 p. 104 et cfr. pag. 103 pro argumentis allatis).

V. F.

JUS ECCLESIASTICUM

ITALIA

Il nuovo articolo 72 del Codice di Procedura Civile

La Camera dei Deputati nella seduta del 18 Luglio 1950 con 254 voti favorevoli e 112 contrari ha deliberato:

« L'articolo 72 del Codice di procedura civile è sostituito dal seguente:

« Il pubblico ministero, che interviene nelle cause che avrebbe potuto proporre, ha gli stessi poteri che competono alle parti e li esercita nelle forme che la legge stabilisce per queste ultime.

« Negli altri casi di intervento previsti nell'articolo 70, tranne che nelle cause davanti alla Corte di cassazione, il pubblico ministero può produrre documenti, dedurre prove, prendere conclusioni nei limiti delle domande proposte dalle parti.

« Il pubblico ministero può proporre impugnazioni contro le sentenze relative a cause matrimoniali, salvo che per quelle di separazione personale dei coniugi.

« Lo stesso potere spetta al pubblico ministero contro le sentenze che dichiarino l'efficacia o l'inefficacia di sentenze straniere relative a cause matrimoniali, salvo che per quelle di separazione personale dei coniugi.

« Nelle ipotesi prevedute nei commi 3° e 4°, la facoltà di impugnazione spetta tanto al pubblico ministero presso il giudice che ha pronunziato la sentenza quanto a quello presso il giudice competente a decidere sull'impugnazione.

« Il termine decorre dalla comunicazione della sentenza a norma dell'articolo 133.

« Restano salve le disposizioni dell'articolo 397 ». [1]

(1) Dal resoconto sommario della C. d. p. nn. 526-527 p. 111.

L'AUMENTO DELL'ASSEGNO GOVERNATIVO DI CONGRUA AL CLERO

In Sede di commissione legislativa del Ministero degli Interni nella seduta del 21 Luglio 1950 è stata discussa la proposta per i miglioramenti economici al clero congruato.

« Il deputato Migliori riferisce sul disegno di legge: « Miglioramenti economici al clero congruato » (1337), su cui interloquiscono i deputati Turchi, Tozzi Condivi e Pierantozzi, oltre ai Sottosegretari di Stato Bubbio e Chiaramello ed al Presidente. E' respinta una proposta di sospensiva correlativa alla presentazione da parte del deputato Pierantozzi di un emendamento che, importando aumento dell'onere finanziario, avrebbe richiesto una nuova deliberazione, a norma del regolamento, della Commissione finanze e tesoro.

E' poi approvato senza modificazioni nel testo ministeriale l'articolo 1 del disegno di legge in virtù del quale è concesso un aumento temporaneo del 50 per cento, a decorrere dal 1° gennaio 1950, sulle misure dei limiti di congrua spettanti al clero in virtù delle disposizioni vigenti e sulla attuale misura degli altri assegni fissi e di quelli in compenso delle spese di culto, nonchè degli assegni spettanti agli ecclesiastici in attività di servizio contemplati dall'articolo 24, comma secondo, della legge 27 maggio 1929, n. 848.

Un emendamento aggiuntivo Turchi, per conferire al Governo l'incarico di provvedere alla revisione ed aggiornamento delle rendite terriere effettive degli enti ecclesiastici congruati, e ad escludere la corresponsione dell'aumento di congrua agli ecclesiastici le cui rendite terriere risultino superiori alle lire 350 mila annue, devolvendo gli eventuali residui al Fondo culto con destinazione ad un ulteriore aumento di congrua a favore degli ecclesiastici aventi diritto, non è accolto dalla Commissione dopo interventi dei deputati Carpano Maglioli e Sailis e del Sottosegretario di Stato Bubbio. Il Governo tuttavia dichiara di accettarne il principio come raccomandazone [1] ».

(1) Dal resoconto sommario della l. d. Dep. 535-36 pp. 12-13.

Per un completo esame della questione cfr. F. Romita. *Il problema della congrua in Italia* (*A proposito del recente aumento della congrua governativa*) in *Il Monitore Ecclesiastico* 1947 (LXXII) pag. 123-137.

ADEGUAMENTO DEI LIMITI DI VALORE PER GLI ATTI E CONTRATTI DEGLI ISTITUTI ECCLESIASTICI E DEGLI ENTI DI CULTO SOGGETTI A TUTELA GOVERNATIVA.

(D. P. R. 19 maggio 1950, n. 427. (*Gazz. Uff.* 10-7-1950, n. 155).

Il Presidente della Repubblica

Vista la legge 27 maggio 1929, n. 848,[1] per l'applicazione del Concordato con la Santa Sede;

Visto il relativo regolamento, approvato con regio decreto 2 dicembre 1929, numero 2262;[2]

Visto il regio decreto-legge 9 febbraio 1939, n. 273,[3] convertito nella legge 2 giugno 1939, n. 739;[4]

Visto il decreto del Capo provvisorio dello Stato 7 ottobre 1947, n. 1229;[5]

Visto l'art. 87, comma quinto, della Costituzione;[6]

Udito il parere del Consiglio di Stato in adunanza generale;

Sentito il Consiglio dei Ministri;

Sulla proposta del Ministro per l'interno;

Decreta:

Articolo unico. — I limiti di valore previsti negli articoli 24 e 25 del regolamento per l'esecuzione della legge 27 maggio 1929, n. 848,[1] approvato con regio decreto 2 dicebre 1929, n. 2262,[2] sono aumentati di venti volte.

Il presente decreto entra in vigore il giorno successivo a quello della sua pubblicazione nella *Gazzetta Ufficiale.*

---

[1] *Lex* 1929, 1018 - N. 1522, *Gazz. Uff.* 8 giugno 1929, n. 133.
[2] *Lex* 1930, 44 - N. 79, *Gazz. Uff.* 20 gennaio 1930, n. 15.
[3] *Lex* 1939, 386 - *Gazz. Uff.* 25 febbraio 1939, n. 47.
[4] *Lex* 1939, 932 - *Gazz. Uff.* 5 giugno 1939, n. 131.
[5] *Lex* 1947, 1707 - *Gazz. Uff.* 18 novembre 1947, n. 265.
[6] *Lex* 1947, 2021 - *Gazz. Uff.* 27 dicembre 1947. n. 298 - Arch. Ric. Giur. 1938.

A complemento del decreto su riportato ricordiamo i limiti di valore previsti negli art. 24 e 25 cit.:

Art. 24. (*Omissis*). « Deve essere udito il Consiglio di Stato sempre che si chieda la vendita a trattativa privata di beni mobili ed immobili per un valore eccedente le lire 75.000.

« Deve parimenti precedere il voto del Consiglio di Stato, quando si tratta di vendita di beni a licitazione privata per un valore eccedente le lire 150.000, od ai pubblici incanti per un valore capitale eccedente le lire 300.000, o quando si tratti di alcuno degli altri atti o contratti indicati nell'art. 13 della legge (ossia: « le affrancazioni volontarie di censi e di canoni, i mutui, gli atterramenti di piante di alto fusto, le esazioni e gli impieghi di capitali, le liti sia attive che passive, attinenti alla consistenza patrimoniale degli enti »), se il valore ecceda le lire 300.000, eccettuato il caso che si compiano in forza di disposizioni tassative di legge o di sentenza passata in cosa giudicata.

Art. 25. Spetta all'Ufficio per gli affari di culto di provvedere in ordine alle domande per l'autorizzazione alla vendita di beni mobili e immobili, previo esperimento all'asta pubblica, per un valore non eccedente le lire 100.000, e per l'autorizzazione, entro i limiti della somma sopra designata, a compiere tutti gli altri atti e contratti indicati nell'art. 13 della legge.

« Lo stesso ufficio, nei casi di urgenza o di evidente utilità, può autorizzare l'alienazione di beni mobili o immobili a licitazione o a trattativa privata, purchè il valore capitale non ecceda le lire 20.000 ».

(*Omissis*).

Resta tuttavia inteso che i limiti di valore, previsti dal can. 1532 § 1, 2° e § 2, 3, 4 del Codice di diritto canonico in ordine ai contratti di alienazione o a questa equiparati a norma del can. 1533, restano invariati, per l'Italia, nel loro valore nominale di lire in carta-moneta e non già nel così detto valore aureo. [1]

---

(1) Cfr. F. Romita. *L'applicazione del c. 1532 C. J. C. con particolare riguardo all'attuale situazione monetaria* in *Il Monitore Ecclesiastico* 1947 (LXXII) pag. 41-52.

SULLA RICOSTRUZIONE DEGLI ORGANI IN EDIFICI DI CULTO DANNEGGIATI O DISTRUTTI DA EVENTI BELLICI

La Corte dei Conti, con Risoluzione 5 gennaio 1949 n. 253, ha ritenuto che le norme contenute nel D. L. P. 27 giugno 1946 n. 35 non consentono di eseguire a totale carico dello Stato la riparazione o ricostruzione degli organi degli edifici di culto danneggiati o distrutti da eventi bellici, poichè essi non possono essere considerati come cose immobili facenti parte degli edifici di culto e non possono nemmeno essere riguardati, secondo le stesse statuizioni canoniche, come mobili indispensabili per l'esercizio del culto.

La riparazione o ricostruzione a totale carico dello Stato può per altro ritenersi ammissibile per gli organi delle Chiese di maggiore importanza, come le Basiliche ed alcune Cattedrali di titolo cardinalizio, alle quali siano annessi privilegi di natura liturgica che comportino l'esigenza di una speciale solennità nei sacri riti, poichè in tali ipotesi essi assumono il carattere di mobili indispensabili per l'esercizio del culto.

* * *

1. La Corte dei Conti (Sezione di controllo), con nota diretta all'Ufficio distaccato della medesima Corte dei Conti per il controllo degli atti del Provveditorato alle Opere Pubbliche di Genova in data 15 maggio 1948, Prot. 430/C ord. 218/Fasc. 640 aveva già emesso un parere in merito, concludendo per l'esclusione degli organi dall'obbligo della riparazione o ricostruzione da parte dello Stato.

2. In tale parere la Corte dei Conti (n. 2) ammetteva che la « Cantoria », ove hanno posto l'organo e i cantori, deve considerarsi come un immobile ai sensi dell'art. 812, comma I° del Codice Civile; quindi la sua ricostruzione, al pari di quella dell'edificio della chiesa, è posta a carico dello Stato in base all'art. 1, comma I° del D. L. P. 27 giugno 1946 n. 35.

3. Ammetteva pure la medesima Corte dei Conti (cfr. n. 3 del cit. parere) che « non è certo contestabile che gli organi delle chiese, come un qualsiasi altro strumento musicale del genere, debbano essere annoverati fra i mobili destinati all'uso dell'edificio del culto. E ciò vale a stabilire che in ogni caso il criterio fissato

dalle norme dovrebbe riconoscersi applicabile nei riguardi della loro ricostruzione ».

4. Contestava invece la Corte dei Conti (ibid. n. 4) che tale ricostituzione risponda ai bisogni indispensabili per l'esercizio del culto, ai sensi del cit. art. 1 del suddetto D. L. P. — I motivi, sui quali tale conclusione si fonda, sono i seguenti: a) di tutte le norme liturgiche, che, sia nel Caeremoniale Episcoporum (Lib. I cap. 28°), sia nei decreti della S. Congregazione dei Riti, ne disciplinano l'uso nelle funzioni religiose, risulta in modo indubbio che il suono dell'organo nelle chiese non è prescritto in nessun caso ed è anzi soltanto permesso o tollerato, talvolta finanche vietato; ragion per cui è stato autorevolmente osservato che « si entra sempre maggiormente nello spirito della chiesa, quando, potendo, l'organo si fa tacere » (Sangiorgio C. *La Liturgia dell'organista*, Torino; Marietti 1939, pag. 35). b) « il suo suono, sia che lo si adoperi per accompagnare il canto del sacerdote celebrante(?!), sia che lo si impieghi indipendentemente da esso, si presenta in tutti i casi come un complemento non necessario alle funzioni religiose o all'esercizio del culto ».

5. Fu allora risposto che tali motivi e la conseguente conclusione non possono essere accettati per il seguente ordine di ragioni. Il criterio per stabilire se un mobile risponda o meno « ai bisogni indispensabili per l'esercizio del culto » deve ricercarsi nel comune e ordinario uso, approvato dall'Autorità Ecclesiastica, di detto mobile per l'esercizio del culto e non già nel fatto che l'Autorità Ecclesiastica prescriva tassativamente o imponga tale mobile. Che tale sia il criterio adottato dal legislatore è dimostrato dall'interpretazione, che il competente Ministero ha dato all'art. 1 cit. D. L. P. con Circolare del 9 settembre 1940 (Div. 27°, N° 11647), dove è detto testualmente: « Analoga precisazione è stata fatta nei riguardi dei mobili, per i quali la ricostituzione è ammessa non per oggetti mobili in generale, ma limitatamente a quella parte che va compresa nella comune accezione di « mobilio » cioè a dire quanto concerne l'arredamento, come ad esempio, per le chiese: stalli corali e confessionali, banchi, pulpiti, anche se spostabili, armadi, credenze, genuflessori ecc.

Orbene i mobili qui elencati, mentre evidentemente rientrano nell'uso comune e ordinario per l'esercizio del culto — e pertanto approvato dall'Autorità Ecclesiastica — non possono però dirsi prescritti o imposti dalla medesima Autorità Ecclesiastica. Se dunque si dovesse adottare il criterio suggerito dalla Corte dei Conti, si dovrebbe concludere che tale mobilio elencato nella cit. Circ.

Minist. non debba essere compreso nella dizione dell'art. 1 del cit. D. L. P.: ciò che è contrario all'esplicita interpretazione ministeriale citata.

Che del resto l'organo rientri nel comune e ordinario uso per l'esercizio del culto è stato ammesso dalla stessa Corte dei Conti nel passo sopra riportato. E pertanto la ricostituzione dell'organo (al pari degli stalli corali, confessionali banchi ecc.) è compreso nell'onere che lo Stato si è addossato ai termini dell'art. 1 del cit. D. L. P. e della relativa Circolare Ministeriale cit.

In proposito è appena da rilevare che l'elencazione dei mobili, di cui alla cit. Circ. Minist. è evidentemente esemplificativa e non tassativa. E' pure evidente che, in confronto dei mobili ivi espressamente elencati, l'organo è senz'altro più di quelli necessario per l'esercizio del culto.

Invero la S. Sede, cui spetta esclusivamente regolare quanto riguarda la liturgia (can. 1257), di cui la musica è parte integrante (cfr. Motu proprio di Pio X del 22 nov. 1903, art. 1), ha senza dubbio dato sempre la preferenza — in linea di principio — alla musica puramente vocale, e in particolare al canto gregoriano e alla polifonia classica. Ma poichè, oggi specialmente, è impossibile che le chiese cattedrali, parrocchiali ecc. possano mantenere una Cappella musicale che disimpegni il servizio liturgico-musicale a base di puro canto gregoriano e di sola polifonia classica; dato poi che la S. Sede contempla anche il caso dell'accompagnamento dell'organo per l'esecuzione del canto gregoriano e della stessa polifonia classica e pone tra i generi della musica liturgica anche la musica moderna che esige l'accompagnamento dell'organo (cfr. F. Romita. *Jus musicae liturgicae*, Roma 1947); ne segue che — in linea di fatto — le numerose prescrizioni pontificie circa l'uso dell'organo non sono semplicemente permissive, ma devono intendersi come norme positivamente integrative, quando non sia possibile — come di regola oggi avviene — disimpegnare il servizio musicale-liturgico con i mezzi puramente vocali.

Lo stesso Sangiorgio, citato dalla Corte dei Conti, afferma « che si entra maggiormente nello spirito della Chiesa, quando, *potendo*, l'organo lo si fa tacere ». Ora la condizione oggi comune in tutte le Chiese è che non si può far affidamento sopra la musica puramente vocale, sicchè impossibile riesce fare a meno dell'organo nell'esercizio del culto.

7. Perciò l'Autorità Ecclesiastica ha esplicitamente dichiarato che l'organo è lo strumento liturgico per eccellenza (cfr. Cost. Ap. *Divini cultus sanctitatem* cit. dalla stessa Corte dei Conti) e ne ha regolato i molteplici compiti nell'esercizio del culto (cfr. F. Ro-

MITA o. c. l. c.). Inoltre è la pratica stessa che dimostra come l'organo sia di fatto uno strumento oggi indispensabile nell'esercizio del culto, tanto che non vi è chiesa che non abbia uno strumento per accompagnare i canti del popolo e dei cantori, per supplire lo stesso canto e infine per collegare musicalmente i diversi momenti delle SS. Funzioni.

8. E' tuttavia necessario precisare che:

a) l'organo di cui sopra si è detto, è solamente quello tradizionale a canne. Restano quindi esclusi, in quanto espressamente proibiti dalla S. Congregazione dei Riti, la Radio e il Radiofonografo.

b) l'organo, che si deve ritenere indispensabile all'esercizio del culto e la cui ricostituzione è quindi a totale carico dello Stato, è quello proporzionato alle reali esigenze della chiesa, nella quale deve essere installato per l'esercizio del culto. E' infatti noto che l'organo può essere di diversa potenza e ricchezza fonica: da un minimo di 10-12 registri può avere 100-200 registri con spesa proporzionatamente variabile. E' ora chiaro che lo Stato non ha inteso assumersi l'onere totale della ricostruzione dell'organo secondo i punti di vista soggettivi degl'interessati, ma solo in base alle reali e oggettive esigenze della chiesa, nella quale l'organo deve essere installato in ordine all'esercizio del culto. A questo scopo vanno tenute presenti sia le esigenze foniche della chiesa che il più o meno complesso esercizio del culto in detta chiesa. Giacchè a una chiesa, che abbia modeste proporzioni e un normale svolgimento delle SS. Funzioni, potrà bastare uno strumento di piccole proporzioni. Invece una Cattedrale abbisognerà di uno strumento adeguato sia alla vastità dell'ambiente che alla complessità del servizio liturgico, che di regola vi si svolge.

S'intende che, qualora gl'interessati vogliano uno strumento di maggiore potenza e ricchezza fonica di quelle previste dalle esigenze oggettive della chiesa in parola, potranno aggiungere contributi propri a quelli erogati dallo Stato secondo le oggettive esigenze sopra descritte.

9. In questa ultima Risoluzione la Corte dei Conti riconferma in via di massima la esclusione già espressa nel cit. parere, temperandone tuttavia l'assolutezza, con la quale era stata enunziata, quando ammette un'eccezione per alcune chiese di maggiore importanza, come le basiliche ed alcune Cattedrali di titolo cardinalizio, alle quali sono annessi privilegi di natura liturgica che comportano la esigenza di una speciale solennità nei sacri riti.

La Corte dei Conti è d'avviso che per queste Chiese, proprio perchè si differenziano dalle altre per le esigenze collegate agli anzidetti privilegi, il ripristino degli organi a carico dello Stato possa essere ammesso, nel riflesso che esso presenti « rispondenza » ai bisogni indispensabili per l'esercizio del culto, che negli altri casi non può essere riconosciuta.

10. A riconfermare il principio dell'esclusione degli organi la Corte dei Conti, oltre a ripetere le argomentazioni già addotte nel cit. parere (v. sopra n. 4, lett. a) e b) e alle quali fu risposto (v. s. n. 5-9), premette due considerazioni in ordine all'interpretazione dell'art. 1 del D. L. P. 27 giugno 1946 n. 35.

1) Afferma innanzi tutto la Corte dei Conti « che la disposizione contenuta nel cit. art. 1 del D. L. P. n. 35 del 1946 è formulata in termini di gran lunga più restrittivi della disposizione dettata in materia di riparazione o ricostruzione di edifici di culto in una norma della legislazione anteriore. - l'art. 3 del R. D. L. 20 Febbr. 1927 n. 328, contenente disposizioni per la ricostruzione degli edifici di culto nelle zone terremotate, - disposizioni, nelle quali era contemplato l'obbligo della ricostruzione dei sacri organi.

In realtà non è il caso di ricorrere a un interpretazione analogica tra due leggi emanate per situazioni notevolmente differenti. E' sufficiente invece ricorrere all'interpretazione data dal competente Ministero, di cui già si è detto avanti.

2) Parimenti la Corte dei Conti non accetta l'argomentazione di coloro, i quali affermano che gli organi sarebbero inclusi nell'obbligo della ricostruzione per il fatto che nel cit. D. L. P. essi non figurano nella enumerazione di quelle cose, che « in ogni caso » sono escluse dalla ricostruzione a totale carico dello Stato.

In proposito però va osservato — come già osservammo (v. s. n. 5) - che, ammessi tra i « mobili », la cui ricostruzione deve ritenersi a totale carico dello Stato, gli stalli corali e i confessionali, i banchi, i pulpiti anche se spostabili, gli armadi, le credenze, i genuflessori ecc. (cfr. Circ. 9 sett. 1946, Div. 27° n. 1164, del Ministero dell'Interno), a maggior ragione devono ritenersi compresi gli « organi » che più di quelli devono ritenersi indispensabili all'esercizio del culto. Tanto più che, come osserva la Corte dei Conti, tale elencazione è meramente esemplificativa.

11. A riconfermare poi quanto già aveva affermato (v. sopra) circa la non indispensabilità dell'organo all'esercizio del culto, la Corte dei Conti osserva che al fine di dimostrare il contrario « non basta » invero il solo rilievo dell'organo che ha ormai assunto la funzione di normale complemento del rito liturgico, a causa

delle risonanze affettive che producono sui fedeli « le sue armonie gravi e solenni » in accompagnamento della preghiera e perchè « eccita o rinvigorisce la devozione dei fedeli elevandone lo spirito durante le sacre funzioni » (Cass. Civ. Sez. Un. 26 febbraio 1937, in « Foro it. » 1937, I, pag. 1006).

Nè basta il rilievo che in documenti ufficiali della Chiesa, come la « *Constitutio Divini cultus* » del Papa Pio XI del 20 dicembre 1928 (c. VIII), l'organo è indicato come « lo strumento tradizionale » della Chiesa, e che esso sia considerato come « il primo ornamento » degli edifici di culto. E dopo aver ripetuto quanto già aveva esposto nel cit. parere (v. sopra n. 4) la Corte dei Conti conclude che il suono dell'organo « sia che lo si adoperi per accompagnare il canto del sacerdote celebrante (?!), sia che lo si impieghi indipendentemente da esso, si presenta sempre, in tutti i casi, come un semplice complemento del rito liturgico e dell'esercizio del culto. Non sembra quindi che dell'organo possa dirsi che risponde « ai bisogni indispensabili per l'esercizio del culto ». E ciò vale a far comprendere che sono proprio i testi canonici che portano ad escludere la possibilità di comprendere questi strumenti musicali nel « mobilio » che arredava l'edificio di culto danneggiato o distrutto da eventi bellici, da ricostituirsi a totale carico dello Stato in base alla norma del citato art. 1 del D. L. P. n. 35 del 1946.

12. Tali deduzioni non possono però essere accolte per i seguenti motivi.

a) La Corte dei Conti nei passi sopra riportati considera dell'organo una sola e la meno importante delle sue principali funzioni, e cioè solo quella di riempire con soavi armonie i momenti di silenzio del Sacro Rito. (Tra parentesi, l'organo non deve mai accompagnare il canto del Celebrante, — cfr. Motu Proprio cit. art. 12 — come inesattamente ritiene la Corte dei Conti).

Ma vi è la prima e più larga e rilevante funzione dell'organo, quella cioè di accompagnare il coro e di sostenere il canto dei fedeli in tutte le manifestazioni del culto, tanto che non vi è chiesa aperta al culto pubblico che non abbia un organo o un surrogato: l'harmonium. Infatti sono pochissime le Chiese, che disimpegnano il servizio liturgico con un coro a sole voci. La musica sacra moderna e contemporanea suppone un organo, che accompagni il coro.

Indispensabile poi è l'organo per guidare e sostenere i fedeli nell'esecuzione dei canti liturgici popolari loro riservati: oggi grande è l'impulso dato dall'Autorità Ecclesiastica alla partecipazione del popolo alla S. Liturgia per mezzo del canto sacro.

b) Giudicare se l'organo rientri nei bisogni indispensabili per l'esercizio del culto spetta evidentemente alla S. Sede, cui è riservato esclusivamente di regolare quanto riguarda la S. Liturgia. Ora la S. C. dei Riti, con lettera 31 marzo 1949, ha espressamente dichiarato che gli organi almeno per le chiese principali (Cattedrali, Collegiate, Santuari) sono indispensabili per l'esercizio del culto. Lo stesso dicasi delle chiese parrocchiali, dove tutto il popolo di un territorio deve convenire per le manifestazioni quotidiane e festive del culto.

In conclusione: la dizione usata dall'art. 1 del R. L. P. 27 giugno 1949 n. 35 — « bisogni indispensabili per l'esercizio del culto » — non deve essere intesa nel senso di bisogni *assolutamente* indispensabili per l'esercizio del culto (nel qual senso verrebbero compresi solo quegli oggetti che sono essenziali all'esercizio del culto); ma nel senso di bisogni *normalmente e ordinariamente* indispensabili all'esercizio del culto (e in questo senso, come sono stati compresi gli stalli corali, i confessionali, i banchi e i pulpiti, gli armadi, le credenze, i genuflessori, così parimenti e a maggior ragione devono essere compresi gli organi, più di quei mobili normalmente e ordinariamente indispensabili all'esercizio del culto per le ragioni anzi dette). In altre parole: escludere gli organi dai mobili indispensabili ai bisogni per l'esercizio del culto sarebbe dare al testo della legge citata un'interpretazione non semplicemente restrittiva, ma veramente contraria non solo allo spirito, ma alla lettera stessa della legge medesima.

13. Evidentemente la Corte dei Conti, nell'addivenire alle sue conclusioni, più che essere mossa da ragioni di ermeneutica legale, è stata preoccupata dai riflessi economici che nei rispetti del bilancio dello Stato deriverebbero dall'inclusione degli organi nell'obbligo della ricostruzione. Tale preoccupazione è certamente legittima. Ma una giudiziosa ripartizione dei fondi disponibili, mentre elimina tale preoccupazione di carattere economico, assicura una ricostruzione rispondente ai veri, sentiti, normali e ordinari bisogni dell'intera popolazione, e non solo di alcune classi privilegiate come, nel caso, sarebbero i fedeli delle Cattedrali di titolo cardinalizio e delle Basiliche. Senza dubbio una gradazione s'impone circa la spesa per la ricostruzione degli organi in rapporto sia alla diversa importanza che alle differenti esigenze foniche di una chiesa. Evidentemente per una Basilica e per una Cattedrale s'impone un organo di maggior costo che non per una Collegiata, una chiesa parrocchiale o vicariale.

Sotto questo punto di vista non si può non sottoscrivere a quanto la Corte dei Conti per una ragione di carattere generale

raccomanda: e cioè che, trattandosi di opere che di regola importano un notevole onere finanziario, dovrà aversi la maggior oculatezza nel ricorso al cennato temperamento, tenendo presente che è compito di quella Corte controllare che le somme autorizzate siano impiegate per i fini e col rispetto dei limiti per cui furono assegnate, ed avuto riguardo che tali limiti hanno la loro ragione nella ingente e grave mole dei danni prodotti dalla guerra a cui deve provvedersi con le ristrette disponibilità di bilancio, e nelle esigenze di contemperare il pubblico interesse alla ricostruzione degli edifici di culto con gli altri fini di pubblico interesse a cui sono intese le ricostruzioni di beni distrutti dagli eventi bellici.

Ci auguriamo pertanto che la Corte dei Conti, in vista delle precedenti osservazioni, voglia rivedere la questione, includendo anche gli organi delle chiese aperte al pubblico nell'obbligo della ricostruzione di cui all'art. 1 del D. L. P. 27 giugno 1946 n. 35, nei limiti suggeriti sia dall'importanza della chiesa stessa, sia dalle esigenze foniche della medesima, sia infine delle possibilità del bilancio.

FIORENZO ROMITA

P. S. *Quanto è detto per le chiese in genere vale anche per i Seminari, ai quali sono state estese le provvidenze statali per la riparazione dei danni di guerra* (*Cfr.* Monitor Ecclesiasticus *1950 (LXXIV) Fasc. II pag. 288 ss*).

RECENSIONES

Sac. Benedetto Marchetta. - « *La materia e la forma del Battesimo nella Chiesa di S. Ambrogio* ». Roma, Arti Grafiche « S. Barbara » di Ugo Pinnarò, 1945 - pag. XIII - 190.

Regenerationis christianae Sacramentum, Christianismi aeternaeque vitae ianua, quod inter alia N. L. sacramenta primum tenet locum, omnibus in re vel saltem in voto necessarium esse ad salutem, ipse Christus testatur verbis: « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei » (Jo. 3, 5). Summa itaque ad illud perspiciendum, ut opportune riteque administrari ac suscipi possit, diligentia est adhibenda.

Mirum hinc non est iam vetustissima documenta christiana mentionem facere huius actus liturgici tantopere necessarii, eaque quae in eo essentialia sunt, materiam, sc. et formam, minutissime descripsisse vel ordinasse, et tot Patres ac Scriptores ecclesiastici, partim ex professo, sicut antistites, partim data occasione, in operibus suis hoc Sacramentum novis semper laudibus celebrasse, cum quidquid sit gratiae vel sanctitatis in hac vita, et gloriae in futura, hoc in Sacramento nitatur.

Nostris vero temporibus, non pauci rerum theologicarum ac liturgicarum cultores, datis diligenter opera et curis, scripta Patrum illustraverunt, eorumque fecundo labore scientia antiquae Theologiae et Liturgiae, ultimis his decennis, magis exculta, nova multa docere, obscuraque multa illustrare valuit.

Scripta etiam S. Ambrosii, mediolanensis Episcopi, et diligenter sunt excussa, sed de eius doctrina theologica baptismali, quae theologis cuiusvis temporis non clara apparuerunt, nullum opus editum fuit.

Neminem ergo effugere potest, qui funditus doctrinam disciplinamque Sacramentorum in antiqua Ecclesia introspexerit ac praesertim theologiam baptismalem, saeculo IV in Ecclesia latina vigentem, necessitatem cognoscendi mentem genuinam S. Ambrosii, ex *omnibus* eius scriptis, esse magni momenti pro obiectiva solidaque cognitione praxeos baptismalis tunc in Ecclesia mediolanensi vigentis atque pro iusta aestimatione omnium interpretationum quas de ipsius S. Ambrosii doctrina circa formam baptismalem, theologi posteriores atque scriptores usque ad nostra tempora inscienter arbitrioque suo expresserunt.

Rationes vero, iuxta D. Marchetta, quibus non tantum theologi mediae aetatis sed et nostrae, veram claramque doctrinam baptismalem S. Ambrosii, praesertim ad formam baptismi quod attinet, non tradiderint, in eo *unice* reponendae videntur, quod, negata inopinate quidem, authentia ambrosiana illius praetiosissimi opusculi, quod « De Sacramentis libri sex » nominatur quodque fons *praecipua* est ad genuinam S. Ambrosii mentem aestimandam de forma baptismi atque materia, isti tehologi usi fuerint *tantum* altero ambrosiano opusculo quod « De Mysteriis » nominatur quodque nihil aliud est nisi *excerptum* quoddam ex libris ipsius « De Sacramentis » et chatecumenis a S. Ambrosio destinatum.

Opusculo e contra nondum edito, S. Ambrosius solus utebatur, cum in eo multa de baptismo invenirentur quae in « De Mysteriis », disciplina Arcani coactus, S. Ambrosius ex professo tacere voluit.

Integra ergo doctrina S. Ambrosii quae speciatim ad formam baptismalem attinet, ex directo studio fontium est exquirenda et primario quidem ex « De Sacramentis », secundario ex « De Mysteriis » et ex aliis scriptis, semper tamen cum comparatione ad ipsum « De Sacramentis ».

Hoc factum est diligenter ab Auctore de quo supra, qui, praemissa demonstratione authentiae ambrosianae opusculi « De Sacramentis », e studio et comparatione documentorum antiquae Ecclesiae, ad sequentes conclusiones venit:

1) Ex antiquissimis documentis liturgicis nuperque repertis et ex scriptis S. Ambrosii, contra communem opinionem theologorum, probatur viguisse Mediolani, Romae et Carthagine, tempore S. Ambrosii, Hippolyti et Tertulliani, formam baptismalem quae *interrogativa* appellatur, in qua locum formae quae nunc habetur in Rituali Romano, occupant *praecise* triplex interrogatio et responsio de fide; per ipsas actio baptismalis mergendi *exacte* determinatur ut sit ablutio baptismalis. Nihil de forma: « Ego te baptizo in nomine Patris » etc., vel de alia forma a ministro in actu baptizandi pronuntianda. Triplex interrogatio et responsio de fide cum triplici immersione tanquam forma baptismali fungebantur.

2) Ex mente S. Ambrosii benedictio aquae, in baptismo adhibendae, requiritur necessario tanquam *conditio sine qua non* ut ablutio baptismalis fieri possit. Non videtur necessitas *ad liceitatem* sed *ad valorem.*

3) Contra communem theologorum sententiam probatur S. Ambrosium nunquam, ne in textu quidem classico « De Spiritu Sancto » (1, 3, 32-45), de baptismo sub forma « In Nomine Iesu » collato vel conferendo cogitasse. Ruit ergo praecipuum fundamentum (sc. magister) illius opinionis baptismi validitatem affirmantis «In Nomine Iesu » collati, cum S. Ambrosius illud dicere noluit quod eius verba sonare videantur.

Nunc per partes quod diximus, sed breviter.

A) Opus D. Marchetta sex amplectitur capita, quibus ut S. Ambrosius in sua aetate collocaretur eiusque dicendi modus plene intelligeretur, introductio perbrevis, de statu theologiae baptismalis a primitivo Christianismo usque ad S. Augustini tempora, est praemissa.

Cum sit notum hodiernam baptismi formam *indicativam* non semper in Ecclesia latina viguisse, necessarium visum est A., diligenter inquirere de modo baptizandi in antiqua Ecclesia.

Et prae oculis cum habuisset hypothesim a Liturgista De Puniet haesitanter proposita atque haud sufficienter probata, iuxta quam in antiquitate christiana, praesertim in Ecclesia Romana, forma quaedam baptismalis adhibita esset quaeque *interrogativa* diceretur, fundamen-

tum huius hypotheseos exquirere voluit et stabilire utrum eius historicitas in tuto esset an non.

Ad hoc obtinendum, per attentam analysim patienter quaesivit quid theologi antiqui et moderni de hac forma baptismali sentierint, quidque de ea in antiquissimis documentis liturgicis ac patristicis inveniretur.

His documentis bene perspectis atque inter sese relatis, compertum A. est in antiquissimis documentis liturgicis ac patristicis, ut v. g. videre est apud « Traditionem Apostolicam » S. Hippolyti Romani, Testamentum D. N. I. Christi, Canones S. Hippolyti, Sacramentarium Gelesianum, Tertullianum, Cyprianum, Maximum Taur., etc., in quibus integer ritus baptizandi describitur, nihil de forma hodierna: « Ego te baptizo in Nomine Patris » etc. vel de alia forma a ministro in actu baptizandi pronuntianda inveniri; sed ad singulas distinctas interrogationes (Credis in Deum Patrem...? Credis in Iesum Christum...? Credis in Spiritum Sanctum...?) baptizandum respondere: Credo; et post singulas responsiones a Ministro mergi; nullam vero mentionem fieri verborum, quae minister in actu mergendi pronuntiare deberet.

Sed quid S. Ambrosius de hac forma baptismali? Cum D. Marchetta, ex ipsius S. Ambrosii testimonio, notum fuisset illum in omnibus rebus secutum esse Romanam Ecclesiam, contra communem persuasionem theologorum, S. Ambrosium affirmantem in sua Ecclesia usum fuisse forma hodierna indicativa, inquirere diligenter existimavit an recte de hac re, in decursu temporis, pensatum fuisset.

Ad hoc obtinendum, directum fontium examen curavit, habitis prae oculis omnibus operibus S. Ambrosii et imprimis « De Sacramentis ». Examen comparativum instituit omnium textuum « De Sacramentis » ad ritum atque ad actum baptismalem, etiamsi indirecte, pertinentium, usque ad descriptionem ipsius formae baptismalis, quam indubie solideque probavit esse *interrogativam*.

Textus etenim « De Sacramentis » unanimiter excludunt aliam formam quam trinam interrogationem de Patre et Filio et Spiritu Sancto, cum trina baptizandi responsione trinaque immersione coniunctam, quae facta videtur a presbytero stante in fonte manumque super baptizando tenente, ex sacerdotis mandato sc. episcopi.

Istius formae autem, in « De Sacramentis » descriptae, facta comparatione cum praxi Ecclesiae romanae saec. IV, probatum est documentum S. Hippolyti identicam exhibere formam baptismalem, praetereaque in eo adiunctam inveniri partem illam activam ministri, quam ex « De Sacramentis » non claris verbis apparuit, praesbyterum sc. tenentem manum super caput baptizandi illumque manu mergentem.

Sed potestne *iure* supponi, in S. Ambrosio atque in antiquissimis illis documentis, quae videntur integrum ritum baptismalem describere velle, ipsam formam, sc. « Ego te baptizo... » omissam esse, si ea revera in usu fuisset?

Hoc vero probabile non apparet, si *simul* consideretur, quomodo

S. Ambrosius variique auctores, prioribus saeculis, de baptismo locuti sint.

Omnia quae in istis auctoribus et praesertim in S. Ambrosio dicuntur et ad baptismum pertinent, facile intelliguntur, si supponitur, S. Ambrosium illosque auctores ignorasse formam: « Ego te baptizo...» tamquam partem essentialem baptismi, cum facile concordent cum iis, quae in antiquis documentis liturgicis inveniuntur.

Qua argumentatione admissa, nulla oriri quit difficultas iuxta A., sive e propositione ab Alexandro VIII damnata: « Valuit aliquando baptismus sub hac forma collatus: « In nomine Patris etc. » praetermissis illis: « Ego te baptizo » (Decr. S. Off., 7 dec. 1690; Denz. 1217), sive e propositione ab Alexandro III damnata: « Si quis (sane puerum) ter in aquam immerserit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Amen; et non dixerit: Ego te baptizo in Nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Amen, non est puer baptizatus » (Denz. 398).

Magna revera differentia assignari potest. In propositionibus etenim damnatis agitur de adhibenda forma baptismi, in qua vero *verba essentialia* omittuntur et sic haberetur ablutio cum solis verbis: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quae forma est indifferens et propterea apta non est ad determinandam lotionem *baptismalem.*

In forma, e contra, interrogativa non habetur baptismus cum aliqua forma, in qua pars essentialis omissa esset, sed locum formae, quae nunc in Rituali Romano habetur, ablutionem determinantis in se indifferentem ad ablutionem baptismalem, occupant *praecise* interrogationes et responsiones baptismales: per ipsas actio mergendi determinatur, ut sit ablutio baptismalis.

Qui formam baptismalem interrogativam defendit, sine ulla difficultate affirmare potest: « Nunquam valuit baptismus sub hac forma collatus: In Nomine Patris etc., praetermissis illis: Ego te baptizo ». Sed ex altera parte concedere potest: valuit aliquando baptismus, in quo verbis non enuntiatur actio baptizandi ».

Hoc autem neque ab Alexandro III neque ab Alexandro VIII patet esse damnatum. Et sic contra aliquos theologos, etiam nostrae aetatis, non videtur hic modus baptizandi in Ecclesia mediolanensi, mirus quidem, cum aliquo decreto pontificio pugnare.

Ceterum si hoc *historice* iam constat, ex dictis, *dogmatice* etiam bene iustificari videtur. Nam:

a) etiam hac forma baptismali habetur vere baptismus, regenerationis christianae sacramentum, « in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti », quia vere in ipsum nomen, modo fidei confessione expressum, baptizatur.

b) exprimitur etiam id quod habetur in forma hodierna: « Ego te baptizo... », sc. pars activa baptizantis, *non verbis* quidem, sed *gestu,* ex parte baptizantis manum tenentis super caput baptizandi ipsumque in aquam mergentis. Hic gestus tam essentialis putabatur ut in arte sacra fere semper figuraretur, ubicumque baptismi sacramentum repraesentaretur.

B) Ad materiam baptismi quod attinet, D. Marchetta affirmat S. Ambrosium categorice praescripsisse aquam, in baptismo adhibendam, esse necessario consecrandam.

Secundum mediolanensem Episcopum, nam, materia ad ablutionem baptismalem apta, non est aqua simplex, sed aqua benedicta. Aqua per se mirabiles effectus regenerationis christianae producere nequit, sed est Spiritus Sanctus praesens in aqua per preces sacerdotis, qui sanctificationem efficit.

Benedictio aquae concipitur ut *conditio sine qua non* indispensabilis, ut ablutio baptismalis fieri possit. Non videtur necessitas huiusmodi esse ad *licite* baptismum suscipiendum, se ad ipsam validitatem, cum saepissime tantopereque insistat S. Ambrosius aquam sine consecratione esse merum elementum, sine salutari effectu.

In affirmanda necessitate benedictionis aquae, S. Ambrosius non est solus. Probatur etenim alios Patres scripsisse aquam baptismalem esse benedicendam, sed affirmari non potest illos communiter hanc benedictionem essentialem habuisse.

Certe modus dicendi S. Ambrosii tutus non fuit, quia ex doctrina Ecclesiae, in omni et sola aqua naturali *valide* baptismus administrari potest.

Ad recte tamen iudicandum S. Ambrosium, cognoscere oportet ipsius sententiam de *facilitate* baptismi flaminis.

C) Ultima conclusio vere magni momenti pro historia formae baptismalis, ad quam pervenit A., vertit circa textum satis famosum S. Ambrosii in « De Spiritu Sancto » (1, 3, 32-45) ubi mediolanensis Episcopus de baptismo loquitur « In Nomine Iesu » aut « In Nomine Christi ».

Textus ille omnibus theologis cuiusvis temporis, a scholasticis usque ad nostros, ansam praebuit ad multas atque discordes interpretationes etiam contradictorias.

Sed theologi, iuxta A., incassum disputarunt, cum illis vera defuisset cognitio mentis S. Ambrosii de forma baptismali, quam ipsi candide, sed libenter, indicativam trinitariam fuisse concesserunt. Non ita vero. Forma etenim, ut superius dictum est, a S. Ambrosio adhibita, in Ecclesia mediolanensi, non indicativa sed interrogativa fuit.

Textus ergo famosus, qui in « De Spiritu Sancto » legitur connexionem directam habet cum praxi baptismali in « De Sacramentis » exposita plenamque lucem obtinet ex forma interrogativa baptismali.

Interpretatio ergo tuta et obiectiva illius textus erui poterat tantum si interrogationes et responsiones de fide in sua entitate ad valorem baptismi aestimatae fuissent.

Verba quae in « De Spiritu Sancto » leguntur, ex attento examine textus et contextus atque in connexione eorum omnium quae de forma interrogativa baptismali in « De Sacramentis » referuntur et in aliis locis S. Ambrosii, sequentem *unice* admittunt interpretationem: nullo modo S. Ambrosius, in textu citato, de baptismo sub forma « In Nomine Iesu » collato cogitavit, sicut theologi vario modo admiserunt, sed sese

referens ad ipsam formam baptismalem interrogativam, in qua confessio fidei in Trinitatem, ex parte baptizandi, summi est momenti, praevalenter *de baptizando* agit, non *de baptizante,* ac *praecise hypothetice* loquitur seu de *possibilitate validitatis* baptismi illius in quo etsi habeatur interrogatio et confessio *unius* tantum personae Trinitatis, v. g. Christi, aut Patris, aut Spiritus Sancti, baptizandus tamen, si alias personas divinas pleno corde comprehendat, *potest* haud dubio gratiam baptismi consequi, quia quod verbo tacitum est, expressum est fide.

Verba etenim S. Ambrosii sic sonant: « ... si unum sermone comprehendas, aut patrem aut filium, aut spiritum sanctum, *fide* autem nec patrem nec filium nec spiritum sanctum abneges, *plenum* est fidei sacramentum, ita etiam, quamvis et patrem et filium et spiritum dicas et aut patris aut filii aut sancti spiritus minuas potestatem, *vacuum* est omne mysterium ».

Interpretatio haec optime conciliari videtur cum doctrina baptismali S. Ambrosii, qui ex una parte constanter baptismum asserit forma trinitaria conferendum, et ex alia, plurimis in locis, de triplici confessione fidei loquitur per se necessaria ad essentiam baptismi.

E cognitione huius operis D. Marchetta, magna perspicuitate confecti, quodque haud dubio et theologi et antiquae disciplinae baptismalis cultores magna utilitate consultare possunt, theologiae sacramentariae ac imprimis historiae formae baptismalis idipsum non parum profuisse patebit.

Mons. Donato Venditti, *Il Matrimonio nel diritto canonico e civile d'Italia* L. I. C. E. - R. Berruti e C. - Torino, 1950.

Plura habentur prae oculis commentaria, quae, italico sermone exarata, maxime post fausta ac optata Pacta Lateranensia, de re matrimoniali probe fuseque disserunt. Inter quae lectorum considerationi nunc proponitur opus, novissime vulgatum, quod, etsi parvum, quodam cum profectu legitur.

Quo in opusculo ordo capitum logice procedit atque de subiecta materia exhibetur sedula explanatio potiorum rerum, quae iuxta ius canonicum et civile italicum referuntur ad Ecclesiae « magnum Sacramentum ».

Clarus Auctor, summatim delineans et impedimenta et conditiones ad nuptias ineundas, accurate exponit duas communes formas matrimonialis ligaminis. Statim autem lectores imbuit subtili necessariave distinctione inter religiosum matrimonium canonicum, etiamsi concordatarium, et merum contractum civilem, qui unus, idem ac solus actus laicus remanet sive coram Officiali Status sive coram Ministro cultus acatholici ex competentis auctoritatis delegatione celebretur.

Clara mente naturam consensus matrimonialis percurrit et quae nuptiarum celebrationi opponuntur, adnotationes peragendo et merito, collatis differentiis quoad diversam impedimentorum vel pugnantium conditionum efficaciam, in utramque legem quoque disputando, ecclesiasticam simul et civilem.

Tuta quidem traditur doctrina, saltem in meliorem partem accepta, de dispensationibus, de bannis atque de sponsalibus eorumque effectibus; ac insuper clarus Auctor perutiles promit animadversiones sive iuridicas sive practicas de celebrationis matrimonii ritu necnon de suetis argumentis ad eiusdem celebrationis veritatem rite probandam. Fovent utilitati laudati opusculi tum nonnulla bene exposita de vita coniugum ac de parentum officiis circa prolem tum opportunae explicationes, maturo iudicio depromptae, de matrimonii convalidatione aut sanatione in radice necnon praesertim de pertractandis causis matrimonialibus cum suis consectariis personalibus, familiaribus et socialibus.

In citato opusculo plura inveniuntur repetita, sed iuvant; ac generatim videntur sat conformia, etsi non omnia, iuris principiis ac disciplinae ecclesiasticae praxi, quae, in veritate fundata, per iustitiae semitas, ad Deum animas cum charitate ducit.

Quibus dictis, nonnullas fas sit referre observationes.

1. Absonum est affirmare, uti legitur pag. 13, certitudinem moralem esse « equivalente ad una massima probabilità »; quia patet nec maximam probabilitatem plane excludere positivam rationabilemque formidinem de opposito, quam tamen excludit certitudo moralis, quae, concordibus animis, omnino requiritur, etsi sola sufficiat, in efformando iudicio veritatis potissimum quoad causas matrimoniales decidendas.

2. Opinio, significata pag. 36, quam de validitate matrimonii *etiam* sine testibus, quin ulla intercesserit a iure vel ex delegatione dispensatio, Auctor tenet, verbis Boggiano nisus, ratione saltem qua revera exprimitur, non recta videtur obscurumque modum cogitandi sapit.

Legitur enim: « I testi debbono essere... non meno di due per la Chiesa. Se l'Ufficiale dello stato civile procede alla celebrazione di un matrimonio senza i testi è punito..., ma il matrimonio sarà valido. Lo sarebbe anche nel campo canonico, in casi eccezionalissimi. Scrive il Boggiano (*Il matrimonio canonico in Italia*, pag. 396): « quando non fosse possibile avere i due testi comuni e neanche un solo teste, il matrimonio sarà valido e lecito. Di qui la disposizione del can. 1098, che riconosce la validità del matrimonio all'infuori dell'assistenza del parroco ».

Quid velit significare Auctor, huiusmodi verba Boggiano referens, clare minime apparet. Certo can. 1098 directe et praecise non facit ad rem, quia in ipso non agitur de validitate matrimonii celebrati *sine testibus*, sed tantummodo affirmatur:

a) « In periculo mortis validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus; et etiam extra mortis periculum, dummodo prudenter praevideatur eam rerum conditionem (idest: Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus vel Ordinarius vel sacerdos delegatus) esse per mensem duraturam;

b) In utroque casu, si praesto sit alius sacerdos qui adesse possit, vocari et, *una cum testibus*, matrimonio assistere debet, salva coniugii *validitate coram solis testibus* » (cfr. I. Miceli, de forma celebrationis matrimonii iuxta can. 1098, in Mon. Eccl. n. 2 an. 1950 p. 234).

3. Insuper opportuna claritate expeditaque distinctione carere videtur Auctor, cum (pag. 75) de casibus exceptis perbreviter disserat. Et ratio in eo forsitan reponenda est quod de can. 1991, peculiaris summique momenti ad effectum de quo agitur, ne verbum quidem fecerit. Auctor ad rem haec habet: Defensor vinculi « *può* anche appellare ad un giudice di seconda istanza nel cosidetto *caso eccettuato...* ».

Iamvero non agitur, in casu, de *posse* Defensoris vinculi, qui provocare valeat ad iudicem secundae instantiae, si conditiones, in can. 1990 statutae, verificentur; e contra agitur de stricto officio ipsius Defensoris vinculi, qui adversus declarationem nullitatis matrimonii, de qua in can. 1990, si prudenter « existimaverit impedimenta, de quibus in eodem canone 1990, non esse certa aut dispensationem super eisdem probabiliter intercessisse, provocare *tenetur* ad iudicem secundae instantiae, ad quem acta sunt transmittenda quique scripto monendus est agi de casu excepto » (cfr. can. 1991).

4. Tandem, pag. 74, pro complendis dilucidandisve normis can. 1963 C. J. C. bonum est addere quae fusius disceptantur et proponuntur in art. 206 pernotae Instructionis S. C. de Sacramentis diei 15 augusti 1936.

At superius dicta non minuunt sane meritum operis, quod iam suum momentum habet ac non parum inservire poterit iuris cultoribus ac Curiis dioecesanis.

JOSEPHUS CASORIA

SAVERIO PAVENTI. *La Chiesa Missionaria. Manuale di Cooperazione missionaria e di Missionografia.* Roma, *Unione Missionaria del Clero in Italia,* Via di Propaganda 1 c.., 1950, pp. 190.

Post paucos menses a primo volumine operis, cui titulus: « La Chiesa Missionaria. Manuale di Missionologia dottrinale, Roma 1950, pp. 542 », clarissimus auctor Xaverius Paventi, iuris pubblici edit secundum volumen, quod agit de cooperatione missionaria et de missionographia. Hoc modo totum opus est absolutum, quo clerici et laici omnes quaestiones circa res missionales facile atque tuto addiscere queunt.

In priori volumine totam missionologiam Auctor divisit in quinque partes, quarum duae extremae in secundo volumine exsponit. Qua de causa prima pars tractat de cooperatione misionaria, distributa in duodecim capitula. Duo priora capitula loquuntur de obligatione adiuvandi missiones, quae incumbit clero et fidelibus et varias quaestiones de natura, gravitate et ambitu obligationis id genus expendit sive sub aspectu theologica sive iuridico. Tertium et quartum capitulum agunt de operibus cooperationis missionariae in genere et de cooperatione Pontificalium Operum et Unionis Missionariae Cleri. Omnia ab Auctore scite et clare exponuntur. Postea capitibus quinto, sexto, septimo et octavo Auctor loquitur de origine et de organizatione Unionis Missionariae Cleri, et Pontificalium Operum a Propagatione Fidei, S. Petri Apostoli pro Clero indigena et a S. Infantia. Totum caput nonum agit de coo-

peratione missionaria seminaristarum et decimum caput tractat de modo quo practice, praesertim in Italia, laici adiuvare possunt apostolatum inter actholicos, promovendo Opera Pontificalia. Postrema duo capitula agunt de quibusdam operibus particularibus in bonum missionum, quae optimo consilio Auctor collegit in tres classes respicientes cooperationem spiritualem, caritativam vel intellectualem. Pro unaquaque classe indigitantur non omnia, quod est fere impossibile, sed solummodo potiora opera et praesertim quae efficacius auxilium missionibus praestant.

Secunda pars complectitur solum quattuor capitibus. Scite Auctor historiam missionum non exponit, nam ob vastitatem disciplinae brevis synthesis fere inutilis evaderet et tantum lectori ostendit principia generalia, quae prae oculis habenda sunt in scribenda et recte intelligenda historia missionum. In fine prioris capituli, quod de principiis generalibus historiae missionum tractat, in commodum lectorum exscribit selectam bibliographiam operum praecipuorum de re historica missionaria, quae comprehendit opera indolis generalis et opera circa aevum antiquum, medium, modernum et contemporaneum.

Caput secundum exponit principia circa modum studendi et tradendi missionographiam et multa dicit praesertim circa geographiam et statisticam missionariam. De hac peculiari disciplina Auctor tractat in capitibus tertio et quarto et, postquam exposuit principia generalia statisticae missionariae, in memoriam revocat praescripta circa rem et ad trutinam revocat modula ufficialia.

Ad volumen accedunt duae appendices quarum prior loquitur de scientiis auxiliariis scilicet primo capitulo de studio linguarum, secundo de ethnologia et de scientia religionum et tertio, breviter quidem, de religionibus non christianis. Secunda appendix prostat elenchum omnium missionum sicuti era die 30 mensis aprilis vertentis anni, et quasdam rationes statisticas necnom facultates et privilegia adnexa Unioni Missionariae Clrei et ceteris Pontificalibus Operibus.

Primus, inter paucos auctores in Italia de re missionaria tractantes, est Clarissimus Paventi, qui scripserit opus completum de quaestionibus circa Ecclesiam Missionalem et sive prius volumen sive secundum volumen laicis et clericis tuto commendamus.

Salvator Indelicato, *De Causis Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei.* Romae. Vol. I (1944); vol. II (1945). —

His novissimis annis bina prodiere volumina Rev.mi adv. Salvatoris Indelicato, qui systematice implexam doctrinam et iurisprudentiam exponit de processibus ad beatificationem praerequisitis.

In primo volumine « *Le basi guidiriche del processo di beatificazione* » anno 1944 edito ab Officio Libri Catholici, agit de praesuppositis seu obiectivis seu juridicis Introductionis causarum, quatuor in partibus; quarum prima introductionis institutum historice et iuridice il-

lustrat; altera genuinam naturam sanctitatis; tertia processus ordinaria auctoritate ab Episcopis conficiendos; quarta denique de causis martyrum aut ex casu excepto procedentibus aut « historicis » introducendis verbum addit.

In altero volumine « *Il processo apostolico di Beatificazione* » anno 1945 ab eodem editore publici iuris facto, quadringentis fere foliis Rev.mus Auctor processum apostolicum beatificationis systematice pariter exponit. Quinque in partes universam distribuit de re doctrinam. In prima de apostolicis processibus pertractans, praesupposita eorum, species et momentum investigat. In altera sive de virtutibus heroicis ac de martyrio, sive de miraculis inquisitiones apostolicas illustrat adeo ut totius actionis nedum formalem verum etiam substantialem exploret naturam, quum expositioni iuridicae praeponat theologicas disquisitiones de natura sanctitatis et martyrii, atque miraculorum defensionem obtineat hodiernis repulsis erroribus. In tertia parte iurisprudentiam et praxim proponit quae respiciunt sive virtutum et martyrii sive miraculorum discussionem, critice rem expendendo ac exemplis historicis illustrando. In quarta, ritus et effectus beatificationis describuntur; in quinta denique de beatificatione aequipollenti agitur et casus extensionis cultus discutiuntur.

Mox tertium prodibit volumen in quo Canonizationis institutum sub respectu theologico et iuridico breviter illustrabitur. Tribus hinc voluminibus universa beatificationis et canonizationis disciplina comprehenditur ad iuris vigentis normam pertractata. De voluminibus jam editis hac Exc.mus A. Jullien, Decanus S. R. Rotae, scripsit: « La chiarezza, il senso giuridico, solido, l'esposizione, documentata ed attraente, sono note che caratterizzano il ben riuscito lavoro raro nel genere ».

Gerente Responsabile Mons. FIORENZO ROMITA
Autorizzazione del Tribunale di Roma N° 1373 del 15-2-1950